

Quomodo ex hac coniunctione Beatus videt Dei essentiam? Resp. Si intellectus, per hoc quod similitudo rei illi coniungitur, ipsam rem cognoscit: cur non magis cognoscit si res eadem illi coniungatur? Et si ferrum cognosceret ignem, quando magis hoc ferret, quam cum ferrum ignitum est. Ita Beati, cum Deum eoniuinctissimum habent, illum cognoscunt, non per speciem, sed per ipsummet Deum illis coniunctum.

De fruitione divina essentia.

Num. 6.

Num. 7. Quid est fruitio? Resp. Est usus voluntatis, quo summa delectatione, & plena saturitate in aliquo obiecto co-quietur.

Num. 3. Hæc fruitio potestne reperiri in rebus terrenis? Resp. Non, talia enim voluntatem saturare non possunt.

Num. 8. In Deone reperitur? Resp. Omnino; Deus enim non tantum Beatos, sed etiam seipsum plenissime saturat.

Num. 8. Quid requiritur ad hoc, ut homo Deo fruatur? Resp. quod illi coniunctissimus sit, & per hanc coniunctionem ei simillimus fiat.

Omnes Beati fruuntur Deo? Respond. Fruuntur in æternum.

De beatitudine accidentali. Num. 7.

Num. 11. Quid est Beatitudo accidentalis? Resp. Sunt quedam bona creata, quæ beatitudinem essentialem consequuntur.

Ibidem. Quæ sunt ista bona accidentalia? Resp. Primò æterna carentia omnium malorum, & miseriarum: ibi enim non erit neque mors, neque luctus, neque clamor. Secundo, maxima, & inexplicabilis gratia Beatorum; Beati enim maximo invicem honore se afficient. Gloriosum etiam nimis est regnare cum Christo, & vocari à Deo non servi, sed amici, fratres ac filii. Tertio, corpus ibi non affigeretur fame: sed anima cœlesti convivio summa cum voluptate saturabitur. Quarto, in corpore erunt præclarissime dotes, quæ supra dictæ sunt, nempe impassibilitas, agilitas, subcilitas, claritas. Quinto, si de vestibus agatur, omnes immortalitate, & splendore amicti, & sempiternæ gloriæ composita ornati erunt. Sexto quid super de amplis, & magnificis domibus dicendam, cum in cælo ipso, quod à Deo

claritate vndique illustratur, illorum sit habitatio? Demum alia multa, quæ explicari non possunt.

Cur dicta bona non pertinent ad beatitudinem essentialem? Resp. quia hæc in solo Deo posita est. Quantum enim ab essentia distant accidentia, tantum & magis distant bona creata à Deo, qui bonum est increatum.

De merito. Num. 8.

Quibus datur hæc vita beata? Respond. Illis, qui illam meruerunt.

Omnes Beati æqualemne habebunt beatitudinis gradum? Resp. non, sed ubi majus fuit meritum, ibi & majus præmium adesse debet: ideo Christus dixit, *in domo Patris mei mansiones multe sunt.*

Quomodo quis tantam beatitudinem mereri potest? Resp. qui fide, spe & aliis bonis operibus perseveraverit, tantum bonum à Deo per ejus misericordiam consequetur.

F I N I S.

communem peritiam tenet. Et quoad literas Concilium videtur hunc Ordinem servare. In prima tonsura dicitur Qui ignorant. In Minoribus: Qui saltem Latinam linguam intelligant. In Majoribus, Qui literis sint instructi. Concilium autem Prou. videtur illos iudicare literis Latinis instructos, qui construendo aliquem librum Latinam scriuat omnes partes orationis recte colligere, & explicare, & non solum hoc, sed etiam sensum ex verbis aliqua ratione excipere norunt. Solet ergo tradi aliquis liber examinato, ut illum construat & de sensu aliquid dicat: Aliqui tradunt Catechismum; alii lectiones Breviarii de Sacris: alii alios. Romæ, dum ibi sui, tradebatur una ex homilibus Breviarii, quæ non esset ex difficilioribus; & hoc fiebat, ut haberetur experimentum in literis Latinis, & in Ecclesiasticis. In homilibus enim ordinariæ aliqua continentur, quæ ad Ecclesiasticam eruditionem reducuntur.

De Sacr. Secundo, Ex Catech. Rom. colligitur, quod debeant scire, quid significet nomen Diaconi, & Subdiaconi? *Ord. n. 19.* *20. & 25.* Quæ sit materia, & forma, & cur tales, & quid significant? Qui, quot & quales effectus. Quæ onera, præcipue Subdiaconi. Quæ mûnera, & functiones. Qui ritus in collatione servantur, & quare. Et hæc omnia habentur in Catech. & in Doctr. de Sacram. Ord.

Conc. Prouine. 5. de Ordin. Tertio, Conc. Prou. ait debere inquiri, quænam sit Majorum, & Minorum Ordinum differentia. Quæ sint onera Subdiaconatus, & de voto continentia. Item de officio recitando, in quo, ait, experimentum fiat. Idem de functionibus ab illis exercendis, de Sacramentorum doctrina, saltem generatim, *id est*, de Sacramentis in genere, & hoc fortè ait, quia promoventur ad Ordines Majoies, & sacros: item quia isti Ministri seruiunt administrationi Sacramentorum, magis tamen remotè Subdiaconus; ideo etiam ait exactius de illis Diaconos examinandos. De Diacono etiam ait, experimentum fiat de concionibus habendis, & hoc quia aliquando illi permittitur verbum Dei annuciare; non tamen, ait Cat. de superiori loco; neque enim proprium illius officium est: Vestium quoque differentiss, & significationem cognoscere debet. Ante omnia autem Conc. Trid. requirit, ut distindè, & propriè quod sit illorum

Ses. 23. c. 53.
ad Ref.

officium, & quæ ad illud rectè exercendum pertinent, cognoscatur. De censuris ergo, & irregularitate summarè aliquid tangi potest. Hæc in Catech. & in doct. de Ord. & de Sacram. in genere habentur. Expediret ergo, ut isti promovendi studerent diligenter doceri de Sacramentis in genere, & de Ordine in particulari, nec non in doct. Catech. de Symbolo, & aliis.

De scientia, & examine Sacerdotum.
Nam. 7.

Primò, Conc. Trid. de hoc ita statuit. Ad Presbyteratus Ordinem assumantur, qui ad populum docendum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, ac administranda Sacramenta, diligenti examine præcedenti, idonei comprobentur. Vbi requirit diligens examen, & quod hoc fit circa duo, nempe ad docendum populum, & administranda Sacramenta. Inter hæc autem sacramenta dubium non est, quod maior in Sacerdotibus Ordinandis, circa Ordinem suscipiendum, & Eucharistiam consiciendam, & administrandam, instructio desideretur. Patet ergo ex Conc. quod examen debet esse circa ea, quæ quilibet Christianus scire tenetur, quæ ait Catechif. quatuor esse.

Primò, Mysteria fidei contenta in Symbolo. Vbi de mysterio SS. Trinitatis, & incarnationis, de Ecclesia, & aliis habetur. Et de his Catech. in Symbolo. *In Praef. nam. 12.*

Secundò, bonus usus sacramentorum. De quo Catech. & Doctr. de Sacram.

Tertio, observantia divinæ legis, de quo Catechif. in Dec.

Quartò, modus orandi, qui in Orat. Dominicali propostus est. De quo Catech. in Orat. Dom. Super his ergo ad mentem Concilii, aliquid examen fieri debet.

Secundò, de sacramentis habenda essent interrogationes. Iudicatum est autem ab Examinatoribus Romæ, quod sufficere si promovendi ad Sacerdotium compendiosam habeant sacramentorum cognitionem, veluti quæ sit materia forma, Minister, & intentio singulorum. Hæc enim videntur esse præcipua in administratione illorum, quæ sunt de substantia Sacramenti. Hæc autem compendiosa tractatio in fine Doct. habetur. *Ses. 23. c. 53.*



AD STUDIOſOS
LECTORES
AVTHOR.



M tradidiſſem hoc Opuscu-
lum de Examine, Sacerdoti-
bus, & Clericis Collegii, &
Seminarii Novarienſis, ea
ratione, qua illuſ utile futu-
rum exiſtimabam; illa ſcilicet omittendo,
qua ad illorum inſtitutionem non pertine-
bant. Nunc a multo perſuaſus, ut permit-
terem illud edi, illa qua omiſſa fuerant,
nempe qua ad Examinatores pertine-
bant, addenda exiſtimavi. Sciet autem
Lector, quod hoc Opusculum non minus in
praxi, quam in doctrina fundatum eſt.
Cum enim tum Roma, tum alibi fuerim
Examinator, ſape & cum Examinatori-
bus, & cum examiatis neceſſe fuit diſſere-

re, & disputare, super quibus examen habendum esset; audiuique super hoc multorum examinatorum sententias, & eorum, qui examinati erant, querelas: unde mihi non difficile fuit stabili auctoritate, & firma ratione, & gravissimorum virorum sententia de recta examinandi ratione, primo mecum, deinde in scriptura determinare: quod tamen non nisi post multos annos effectum est. Sciant etiam tum examinatores, tum examinandi, quod hoc Opusculum utilissimum illis futurum est: Cum enim examinatores voluerint se tueri à querelis eorum, quos examinarunt, qui ut suam excusent ignorantiam, sæpè rigorosum fuisse examen proclamant, hoc Opusculum, tanquam scutum, eorum querelis opponere possunt. Similiter si examinandi cupiunt, ut omnium est, scire super quibus illorum examen habendum sit, statim ex hoc Opusculo intelligere possunt: magna est autem consolatio examinandi, si cognoscat ad quem finem suum studium sit destinandum. Benigne igitur hoc Opusculum Lectores accipere debent, & si Doctores aliquid addendum, vel detrahendum existiment, si firma auctoritas, vel ratio ita suadeat, facere possunt.



DECRETUM
SAC. CONCILII
TRIDENTINI
DE EXAMINATORIBVS,

Et de Officio illorum fideliter, & sincerè exercendo.

EXAMINATORES singulis annis in Diocæsana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Advenientèque vacatione cujuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant. Indèque succedente alia vacatione, aut eisdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Sint verò hi Examinatores

Magistri, seu Doctores, aut Licentiatii in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam sæculares, qui ad id videbuntur magis idonei. Jurentque omnes ad sancta Dei Evangelia, se quacumque humanam affectione postpositam, fideliter munus executuros, Caveantque ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant: alioquin simoniae vitium, tam ipsi, quam alii dantes incurrant, à qua absolvi nequeant nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non solum coram Deo, sed etiam in Synodo Provinciali, si opus erit, rationem reddere teneantur, à qua si quid contra officium eos fecisse cõpertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri possint.



IN OPVSCVLVM

DE EXAMINE,

Ad Sacerdotes, & Clericos Collegii, & Seminarii Novariensis,

P R Æ F A T I O.

De fine hujus Opusculi.



IN T E N T I O mea est (Reverendiss. Sacerdotes, ac Fratres) vobis omnem scientiam tradere, quæ in promovendis ad Ordines, ad Beneficia, & ad Conciones, seu ad Sermonem populis habendum, juxta factorum Canonum, & Conciliorum decreta necessaria existimatur. Cùm enim vos ad hæc munera, Deo (ut credo,) vocante, destinati sitis; ego autem ad vos erudiendos in gratiam harum functionum vocatus sim, meas arbitror esse partes, scientiam dictam colligere, collectamque cum brevitate, & facilitate vobis subministrare. Cùm itaque ad hoc præstandum, & studium, & labor, & diligentia ex parte mea parata sint, quod idem etiam ex parte vestra a se esse mihi cõpertum est, reliquum erit ut finem mihi, vobisque communem proponam, nempe omnem illam scientiam, quæ ad dicta munera obeunda necessaria sit. Ad hunc enim finem & vos vestra studia,

& ego mea dirigere debemus. Ante omnia igitur opus erat ut hanc scientiam vobis, quasi digito demonstrarem. Dubius porro de causis hoc Opusculum non de scientia, sed de de examine inscriptum est. Et prima quidem erit, quia sacra Concilia catenus de scientia statuunt examinandorum, quatenus decernunt, super quibus examen illorum habendum sit. Altera verò est, quia tractatio de scientia & de examine omnino eadem ratione se habet. Cum itaque animadvertirem, Ecclesiam ob duplicem finem examen instituisse, nempe ut Clerum impelleret ad discendum, necnon ut experimentum fieret, an scientiam requisitam quis obtineret; existimavi summopere expedire, ut non de scientia, sed de examine tractationem haberem; sic enim futurum mihi videbatur, ut ex una parte scientiam vobis necessariam demonstrarem, ex alia verò ad illam obtinendam, acquirendam, appetendamque inducerem, incitarem, impellerem. Talis itaque in hoc Opusculo scopus mihi propositus est.

De necessitate, & utilitate examinis.

Num. 1.

Ex Const. Tr. c. 5. 6. & 2. R. & c. 18. & alibi.

Initium autem huius operis ab utilitate, & necessitate examinis sumere decens est. Est igitur examen necessarium in Ecclesia Dei. Cum enim in ipsa sint plurimæ functiones, & munera quibus digni, & idonei Ministri sunt destinandi; nec possunt destinari, nisi constituantur; nec constitui, nisi eligantur; & non possunt eligi, nisi cognoscantur; nec habetur cognitio, nisi experimentum fiat: hoc autem experimentum examen est; patet, quod in Ecclesia Dei, examen necessarium erit. Non solum autem necessarium, sed etiam utilissimum est, si tamen recta ratione habeatur. Vbi enim examen rectè instituitur; ibi Ministri boni eliguntur, quibus bene constitutis, omnes Ecclesiasticae functiones, & ministeria rectè exercentur: hoc autem est omnia in Ecclesia bene, & se rectè habere. Quis autem poterit explicare, quanta mala in populo fidei sequantur, si examen malè sit constitutum? Hoc enim malè dispositio, Ministri mali eliguntur qui malè ministeria Ecclesiastica exercentes, aut etiam illa in totum omittentes, omnia perturbant, atque confundunt; & quod debet esse initium ordinis, principium est confusionis.

Examen igitur in Ecclesia Dei, & necessarium, & utilissimum est, si recta ratione constituitur.

De necessitate tradendi doctrinam de examine.

Num. 2.

Si itaque examen rectè constitutum immensam utilitatem; & malè dispositum summam perniciem affert, *Arg. ibid.* necesse erit tradere rectam rationem, ut per eam rectè examen constituitur. Ex triplici autem capite potest hæc necessitas demonstrari. Et primò ex parte examinis; hæc enim cum non sit res, quæ casu, seu ad libitum fiat, sed certam, propriam, & præscriptam rationem habeat, secundum quam fieri debet, omnino de illo, & cognitio, & doctrina tradenda est. Idem autem respectu examinatorum dicere opus est. Quia enim multi ad examinandum electi egent directione ad rectè munus suum exercendum: neque enim cuilibet examinandi concessum est, vel otium, vel ingenium, vel facultas, ut possit per se ipsum colligere, quæ ad tantum suum munus exercendum sunt necessaria: dicere oportet quod summopere expediat, ut in tanta re constituenda examinatorum labor, & opera adjuvetur. Sed & eadem ratio est respectu eorum, qui examinandi sunt: Debent enim scire quæ scientia in illis desideretur; si enim hoc ignorent, neque ad requisitam scientiam se præparare valebunt. Et si qui's obijciat, quod examinandi scientes, super quibus debent interrogari, otiosi, & negligentes sunt in ad discendo, dum cetera omnia omittentes curant addicere tantum ea, super quibus credunt debere examinari: Respond. bo quibusdam ita visum esse, sed re melius considerata, plurimis, & magis eruditis probatur expedire, ut examinandi sciant, super quibus debeant examinari: tum quia debent scire, quæ scientia ad munus suum requiruntur; hoc autem est cognoscere, super quibus debent examinari: tum quia hoc maxime illos excitat ad studiose addiscendum, quod scire debent. Multi enim, ut experientia docet, hoc ignorantes, vel nihil addiscunt, vel in multis tantum incumbunt, vel omnia, etiam scitu necessaria, confusè, & superficialiter attingunt, quod à vera scientia alienum est. Denum talis scientia requiritur in promovendis;

quæ ut benè acquiratur, non parvum studium, ac diligentiam expostulat. Neque etiam deernat Examinatoribus Modi ad excitandos desides in discendo. Videtur itaque expedire, ut examinandi sciant, super quibus debeant examinari, & hoc multò antequam fiat examen, ut requisitam scientiam suo muneri valeant obtinere.

Diviso Tractationis. Num. 3.

IN sex capita debet dividi ista Tractatio.

1. Primum erit de examine in generali.
2. De examine ad Ordines.
3. De examine ad Confessiones.
4. De examine ad Curam animarum.
5. De examine ad Beneficia.
6. De examine ad Conclones.

De examine in generali.

Caput 1.

Hæc de examine in generali consideranda sunt.

Primo, tradenda est examinis definitio.

Secundo, causæ illius sunt explicandæ.

Tertio, danda est regula generalis, qua cognoscatur qualenam in singulis examen habendum sit.

De definitione examinis.

Num. 1.

Ex s. s. 5. c. 1. & 1. Ex s. s. 24 cap. 8.

EXamen à fine sic definitur. Est medium ad idoneos ministros in Ecclesia, tum eligendos, tum constituendos. Vel sic, Est janua, per quam ministri ad Ecclesiasticas functiones, & gradus introducuntur. Magis autem attingit naturam examinis hæc definitio. Est apta inquisitio ad judicandum de scientia, & idoneitate alicujus, de quo consulatur, an debeat ad aliquod ministerium destinari.

De fine examinis. Num. 3.

Ex Concil. ibidem.

Finis examinis aliter debet considerari respectu Ecclesie, quæ illud instituit; aliter respectu Examinatorum, qui illud exercent: Finis Ecclesie est, ut idonei Ministri eligantur, non idonei repellantur, & ut Clerus hac ratione ad discendum impellatur. Finis Examinatorum est cognoscere, & judicare, an examinatus sit idoneus ad aliquod munus obeundum, vel si plures examinati idonei sint, quis magis idoneus sit. Potest etiam dici finis, approbare, vel reprobare, judicare enim an sit, vel non sit idoneus

neus ordinatur ad hoc, ut iuxta judicium approbatur, vel reprobetur.

De materia Examinis. Num. 4.

Materia temota examinis est examinandus: scientia, *Ex Conc. ibidem.* & idoneitas illius, proxima materia erit. Est autem differentia inter scientiam, & idoneitatem, quis scientia dicit cogitationem, idoneitas verò, præter cognitionem dicit etiam alias habilitates, veluti legitimam ætatem, bonos mores, & similia. Debet autem examen esse de utraque.

De forma examinis. Num. 5.

Forma examinis est apta inquisitio, ut possit fieri iudicium de scientia, & idoneitate alicujus. Et hæc inquisitio non sit eadem ratione de scientia, & idoneitate, *c. 5. & Quoad scientiam enim interrogatur promovendus, alibi. Quoad idoneitatem sæpe alii ab ipso examinatur. De vita enim, moribus, & ætate ab aliis sit interrogatio.*

De efficiente examinis. Num. 6.

Efficiens examinis, quoad institutionem, est Ecclesia, *Sess. 13. c. 3. Quoad executionem Episcopus, & alii ab ipso deputati. Sæpe autem contingit, quoad alij de scientia, alij de idoneitate examinent: ideo quadam ratione duplex examen est; nunc autem de examine tantum quod ad scientiam pertinet, est dicendum.*

De regula generali ad quolibet examen distinguendum. Num. 7.

Regula generalis pro quolibet examine constituendo talis est.

Primo, debet considerari munus, vel officium, vel ministerium, vel ordo, vel gradus ad quem examinandus petit promoveri.

Secundo, quæ actiones debeant fieri circa ipsum tum suscipiendum, tum exercendum.

Tertio quæ scientia requiratur ad dictas actiones rectè obeundas, & de illa quid à sacris Conc. & Canonibus statutum.

Quarto, faciendæ sunt tales interrogationes, ut per illas cognosci possit de scientia, quæ dicta est.

Quinto debent observari responsiones interrogati, ut judicetur, an habeat illam scientiam, & si habeat, idoneus

est, & debet approbari, si non habet, non est idoneus & debet reprobari. Hæc ad omnia examina regula generalissima est.

De divisione examinis. Num. 8.

Ex Conc.
multis in
locis.

Ses. 6. c. 7.

EXamen ad quinque capita solet reduci. Primum est, examen ad Ordines: secundum, ad Confessiones: tertium, ad curam animarum: quartum, ad Beneficia: quintum, ad Conciones. Et ut reddatur ratio talis divisionis, præmittre opus est, quod finis Evangelij, ut habeatur ex Conc. Trident. est hominis justificatio: finis autem justificationis est gloria Dei, & Christi, & vita beata hominum. Ad hunc finem obtinendum duæ principales in Ecclesia functiones inchoatae sunt. Una est verus Dei cultus, & hæc ad gloriam Dei principaliter destinatur: alia est recta directio populorum in æternam Beatitudinem, & hæc salutem, & vitam beatam hominum prærendit. Ad has verò operationes exercendas Ministri eliguntur, quorum aliqui ad Dei cultum, alij ad hominum directionem, alij ad utrumque sunt destinati. Qui ad Ordines promoventur, cultui Dei incumbere debent: Directioni verò populorum operam dant Predicatores in generali, Confessores in particulari. Illi verbo, & doctrina: isti opere, & autoritate: Parochi verò utrumque præstant. Et Beneficiarios aliqui cultui Dei, alij populorum directioni sunt assignati. Quia ergo diversum ministerium diversam scientiam, & hæc differens examen requirit, factum est ut in quinque capita examen, ut dictum fuit, reducatur.

De examine ad Ordines.

Caput 11.

Dei 17. ca.
et Ses. 4.
c. 7. R.

EXamen ad ordines ita describi potest: Est apta inquisitio ad iudicandum de scientia alienius ad Ordines promovendi. De illo autem primò in generali, secundò in particulari dicere opus est.

De examine ad Ordines in generali. Num. 1.

EX Conc. Tr. & Car. Rom. & Conc. Prou. Med. & ex rationabili consuetudine habetur, quod hæc tria in quocunque Ordinando in examine sunt querenda.

Primò, quæ pertinent ad rectè suscipiendum Ordinem: Concilium enim expressè docet, vnumquemque fidelem debere scire ea, quæ pertinent ad bonum vsum illius Sa-

cramenti quod suscipere debet.

Secundò, quæ pertinent ad illum rectè exercendum; ita Ses. 23. c. 11. Conc. docet, & ratio suadet.

Tertio, an spes sit scientiæ, quod ad maiores Ordines *ibidem*, valeat promovendi, & hoc tertium in Ordinibus, qui infra *cap. 11.* Sacerdotium sunt, locum habet, & à Conc. Tr. manifestè propositum est.

Notanda pro intelligentia eorum, quæ de examine sunt dicenda. Num. 2.

Antequam proponam ea, quæ in quocunque examine sunt inquirenda, lectorem de sequentibus præmonere velle visum est.

Et primò quod circa promovendos sex possunt considerari, nempe gradus seu Ordo, veluti Sacerdotium: secundò, functiones, seu officium illius: tertio, scientia ad illas functiones requisita: quarto, examen de tali scientia: quinto, studium accommodatum, ut talis scientia acquiratur: sexto, libri qui ad dictam scientiam, & studium sunt opportuni.

Secundò, quod ista sex ita se invicem consequuntur, ut quale sit primum, tale sit secundum: & quale hoc, ita & tertium, sicque de aliis. Qualis enim gradus est, talis & functio: qualis functio, talis scientia; iuxta scientiam examen se habet; & his studium, & libri conformes esse debent. Amplius, duo primi gradus, & functio sunt veluti finis: duo sequentia, *id est*, scientia & examen, sunt veluti media ad hunc finem: duo vltima, studium, & libri, sunt veluti efficiens mediorum, quæ dicta sunt. Ex his igitur sex licet intexere totam negotium, quod circa promovendos agere opus est. Gradus enim & functio erant regula ad cognoscendum quæ scientia, & quod examen requiratur. Scientia, & examen indicantur, quod studium faciendum, & quibus libris utendum sit.

Tertio, notandum, quod sicut stella differt à stella in claritate, ita scientia differens est à scientia in puritate. Scientia autem, quæ à Conc. Tr. & Car. Romano traditur, purissima est. Concilium enim ait, quod sibi perpetuò ante oculos proposuit, ut sublatis erroribus puritas ipsa Evangelij in Ecclesia conservetur. Et Catechismus idem in Præfatione dicit. Hæc igitur scientia possimum in pro-

movendis desideratur: & ab illis examinatos tales scientiam requirere vtilissimum est. In singulis enim civitatibus qualis scientia quaritur in examine, talis à Clerico & obinetur, & explicatur. Cum itaque finis huius Opusculi sit, non tantum scientiam in promovendis requisitam iudicare, sed etiam purissimos fontes, unde illa possit hauriri, manifestare; vtilissimum visum est esse, si postquam dictum est, quæ scientia in aliquo promovendo requiratur, simul etiam dicatur, an ex Concil. & Catec. & in quo loco accipi possit. Verum quia sæpe in concilio talis doctrina variis in locis dispersa est, & à Catechismo difficiliori quadam ratione traditam huius se quibusdam videtur, expedire mihi visum est, ut in aliquo libro breviter doctrina Concilij, & Catech. colligatur, distingueretur, & ad faciliorem rationem reduceretur. Hoc igitur feci in libro, qui etiam inscribitur, Doctrina Sacr. Conc. Trid. & Catech. Romani de Sacramentis. Quapropter, ut cum examine, & scientia, studium, & libros coniungam, ita Primò doctrinam requisitam proponam. Secundò, in margine notabo auctoritatem, ex qua habetur quod talis doctrina requisita sit. Tertio, in fine talis propositæ doctrinæ locus apponetur ubi doctrina illa reperiri possit. Præcipue autem notabo locum Concil. vel Catec. si sit: postea locum dicti libri, qui inscribitur, Doctrina, &c. quod si in his non reperitur, alterius gravis auctoritatis locum proponam. Sic igitur fiet, ut promovendi non possint excusari, si non adducant quod debent, & si doctrinam Concil. & Catec. non acquirant.

Nota eorum quæ in singulis Ordinibus sunt inquirenda.
Num. 3.

s. de exam. r. 2. c. 9. h. f.
Concilium Provinciale Med. ait in singulis Ordinibus ista inquirenda.
Primò, An vim & naturam, ministeriæque Ordinis eum suscepturus est, norit, *id est*, an cognoscat, quæ sit materia, quæ forma, cum illarum significatione: & quis effectus Ordinis suscipiendi; veluti quis character imprimatur, quæ gratia conferatur. Fundatur quod dictum est in Conc. Tr. quod ait, de his etiam seculares erudiri debere. De hoc habetur in Catech. de Sacram. Ord. & in Doctrina ibidem.

Secundò, an item ritus, & ceremonias, quæ ex lib. Pontificali adhibentur, cum iniciantur. Fundatur in Concil. à quo de Clericis in Seminario educatis dicitur, quod rituum, & ceremonialium formas addiscant: item ex sess. 22. cap. 5. & 8. ubi ait quod ceremoniæ magnam habeant eruditionem, & quod fidelibus debent explicari. Fundatur etiam in Cat. de Sacr. in gen. num. 18. Dicta ex parte in Cat. de Sacr. Ord. habentur omnia in Doctr. collecta ex Pontificali.

Tertio, an eorum rituum, & ceremonialium significationes sanctiores norint. Fundatur in Conc. & Catech. ubi supra. Habentur ex parte in Catech. de Ord. Omnia in Doctr. ibi.

Quarto, an Sacramentorum vestium, quibus induuntur, mysteria item, & significata. De his eadem est ratio, quæ de ritibus. In Doctr. de Sacr. Ordin. habetur numerus, & significatio vestium collecta ex D. Thom.

Quinto, An functionum notitiam habeant Ordinibus, quo quisque iniciandus est. Fundatur in Conc. Trid. sess. 23. n. 11. 13. & 14. & alibi: item in Catech. de Sacram. Ord. Sæpè enim requirunt ut habeatur notitia functionum, quæ debent exerceri. De his functionibus habetur in Cat. de Ord. & in Doctr.

Sextò, An eorum functionum usum, exercitationemque rectè teneat, cum in literis, tum etiam in actu, in quo experimento adhibeantur eorum periti. Hoc videtur fundari in illis verbis Concilij, ubi de Subdiacono, & Diacono loquitur, dicens: Sint literis & iis quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi. Instructio enim videtur quandam notitiam prædicam denotare.

Septimò, idem Conc. Prou. ait, Examinatos pro prudentiæ suæ ratione, quæ in Ordinis inferioris examine, explorationeque requiruntur, aliquando etiam perquirunt ab iis, qui superiori Ordine iniciantur. Hoc videtur fundari in ratione: quia superior gradus non debet ignorare eam, quæ ab inferiori cognosci debent. Et hæc sunt super quibus in singulis Ordinibus præter ea quæ illis propria sunt, examinatos debent interrogare.

movendis desideratur: & ab illis examinatores talem scientiam requirere viliissimum est. In singulis enim civitatibus qualis scientia quaritur in examine, talis à Clerico & obtinetur, & explicatur. Cum itaque finis huius Opusculi sit, non tantum scientiam in promovendis requisitam iudicare, sed etiam pulcherrimos fontes, unde illa possit hauriri, manifestare; viliissimum visum est esse, si postquam dictum est, quæ scientia in aliquo promovendo requiratur, simul etiam dicatur, an ex Concilio & Catech. & in quo loco accipi possit. Verum quia sæpe in concilio talis doctrina variis in locis dispersa est, & à Catechismo difficiliore quadam ratione traditam fuisse quibusdam videtur, expedire mihi visum est, ut in aliquo libro breviter doctrina Concilij, & Catech. colligeretur, distingueretur, & ad faciliorem rationem reduceretur. Hoc igitur feci in libro, qui etiam inscribitur, Doctrina Sacra. Conc. Trid. & Catech. Romani de Sacramentis. Quapropter, ut cum examine, & scientia, studium, & libros coniungam, ita Primò doctrinam requisitam proponam. Secundò, in margine notabo auctoritatem, ex qua habetur quod talis doctrina requisita sit. Tertio, in fine talis propositæ doctrinæ locus apponetur ubi doctrina illa reperiri possit. Præcipue autem notabo locum Concilij, vel Catech. si sit: postea locum dicti libri, qui inscribitur, Doctrina, &c. quod si in his non reperitur, alterius gravis auctoritatis locum proponam. Sic igitur fiet, ut promovendi non possint excusari, si non adducant quod debent, & si doctrinam Concilij & Catech. non acquirant.

Nota eorum qua in singulis Ordinibus sunt inquirenda.
Num. 3.

1. de exam. p. 10.
Sec. 24. & 9.
2. f.
Concilium Provinciale Med. ait in singulis Ordinibus ista inquirenda.
Primò, An vim & naturam, ministerii que Ordinis quem susceperunt est, norit, id est, an cognoscat, quæ sit materia, quæ forma, cum illarum significatione: & quæ effectus Ordinis suscipiendi; veluti quis character impetratur, quæ gratia conferatur. Fundatur quod dictum est in Conc. Tr. quod sit, de his etiam seculares erudiri debent. De hoc habetur in Catech. de Sacram. Ord. & in Doctrina ibidem.

Secundò, an item ritus, & ceremonias, quæ ex lib. Pontificali adhibentur, cum initiantur. Fundatur in Concilio à quo de Clericis in Seminario educatis dicitur, quod rituum, & ceremoniarum formas addiscant: item ex sess. 22. cap. 5. & 8. ubi ait quod ceremoniæ magnam habeant eruditionem, & quod fidelibus debent explicari. Fundatur etiam in Cat. de Sacr. in gen. 18. Diffa ex parte in Cat. de Sacr. Ord. habentur omnia in Doctr. collecta ex Pontificali.

Tertio, an eorum rituum, & ceremoniarum significationes sanctiores norint. Fundatur in Conc. & Catech. ubi supra. Habentur ex parte in Catech. de Ord. Omnia in Doctr. ibi.

Quarto, an Sacramentum vestium, quibus induuntur, mysteria item, & significata. De his eadem est ratio, quæ de ritibus. In Doctr. de Sacr. Ordinis habetur numerus, & significatio vestium collecta ex D. Thom.

Quinto, An functionum notitiam habeant Ordinibus, quo quisque initiandus est. Fundatur in Conc. Trid. sess. 23. n. 11. 13. & 14. & alibi: item in Catech. de Sacram. Ord. Semper enim requiritur ut habeatur notitia functionum, quæ debent exerceri. De his functionibus habetur in Cat. de Ord. & in Doctr.

Sextò, An eorum functionum usum, exercitacionem, que rectè tenent, cum in literis, tum etiam in cantu, in quo experimento adhibeantur cautos periti. Hoc videtur fundari in illis verbis Concilij, ubi de Subdiacono, & Diacono loquitur, dicens: Sint literis & iis quæ ad Ordinem exercendum pertinent, instructi. Instructio enim videtur quandam notitiam practicam denotare.

Septimò, idem Conc. Prou. ait, Examinatores prudentiæ suæ ratione, quæ in Ordinibus inferioribus examine, exploracione requiruntur, aliquando etiam perquirunt ab iis, qui superiori Ordines initiantur. Hoc videtur fundari in ratione: quia superior gradus non debet ignorare ea, quæ ab inferiori cognosci debent. Et hæc sunt super quibus in singulis Ordinibus præter ea quæ illis propria sunt, examinatores debent interrogare.

Nota eorum qua debent sciri ab examinandis ad primam
Tonsuram. Num. 4.

Sess. 23. c. 3. **P**rimò Conc. Trid. ita statuit. Prima Tonsura non ini-
tietur, qui legere, & scribere nesciant. Ideo proponit
examinandis, vt aliquem librum legant, & aliquid
scribant.

Ibidem. Secundò ait: Qui fidei rudimenta edocti non fuerint,
non intietur. Vbi patet debere examinari de doctrina
Christiana, & præcipue de his, que scire omnibus necessa-
rium est ad salutem, veluti mysterium SS. Trinitatis, In-
carnationis, & similibus: & de his in Doctrina Christiana
habetur.

Ibidem. Tertio ait: De quibus probabilis coniectura sit eos non
fæcularis iudicii fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cul-
tum præstent, hoc vitæ genus elegerit. Ob hoc Conc. Pro-
vine, ait, queratur ob quem finem se Clericos fieri velint.
De hoc fine habetur in Catech. de Sacram. Ord. n. 4. & in
Doctr. de Ord.

Catech. de Sacram. Ord. Quarto requiritur, vt sciant, cur dicatur Tonsura, &
prima? Quid significet hoc nomen, Clericus? Cur ton-
surati dicantur Clerici? Quid significet tonsio capillorum?
Corona, quæ in capite fit; tunica talaris; biretum in
modum crucis, superpelliceum: fundatur in dictis fu-
prà, num. 2. Catech. qui hæc explicat. (Habentur in Ca-
tech. de Ord. num. 13. & 14. in Doctr. de Ord. vbi de
Tons.)

Conc. Trid. s. de exa. Quintò, Conc. Prou. Med. ait inquirendum, An Epacta
intelligentiam habeant: est autem Epacta ratio quedam
ad inueniendum quando luna fiat, & quot dies habeat:
fundatur in Conc. quod ait, Clericos in Seminario educa-
tos debere edoceri de computo Ecclesiastico, in quo Epac-
ta præcipue contenta est: fundatur etiam in ratione. Ad
Clericum enim spectat recitare Martyrologium in Choro,
hoc autem non potest fieri rectè ab eo, qui nescit Epactam,
& diem Lunæ. Qui ergo debent collegiatis alligando, vel
ordinarie inservire, & ut Clerici, possunt de hoc interro-
gari. Habetur de hoc in Martyrologio, & in Breviariis
multis.

*Sess. 23. c.
38. Resor.*

Nota eorum qua debent sciri ab examinandis ad Mi-
nores. Num. 5.

Primò Conc. Trid. ita ait. Minores Ordines his, qui *Sess. 23. c. 11*
saltem Latinam linguam intelligant conferantur: Vbi d. *Reform.*
solet notari illud verbum, saltem. Et Conc. Prou. quasi *Conc. Prou.*
explicando dictum Concilii ait: Debere primordia, seu *s. de Ord.*
regulas Grammaticæ intelligere. Vnde fit, quod aliqui
examinatores tradunt aliquem librum facilioris sermonis,
veluti Evangelia, vt examinatus contruat, & voces Lat-
inas lingua vulgari explicet. Alii faciunt Latinas inter-
rogationes, vt ex responsionibus cognoscant si linguam
Latinam intelligant. Aliisuper regulas Grammaticæ quæ
primò explicantur, interrogat: primus autem modus
magis in vsu est.

Secundò, idem Conc. Trid. ait, Nemo minoribus Ordi-
nibus dignum ostendat. Vbi notatur illud verbum, spes
innuit enim non solum scientiam, sed etiam capacitatem,
& habilitatem ingenii esse perpendendam. Indicat etiam
quod examen de doct. Christiana exactius sciendum sit.

Tertio, debet examinandus scire, quid significet no-
men Ordinis suscipiendi, quæ sit materia, & forma illius,
cum significatione virtusque. Quis effectus, & quomplex,
& quid vterque, nempe gratia, & character. Quæ requirantur
ad dignam susceptionem, & quæ impediant: quod pro-
prium officium Ordinari, & hoc distinctè, & rectè scire
debet: qui ritus, & ceremoniæ in illius collatione fiant,
& quid significet: quæ impediant Ordinis suscepti execu-
tionem; vbi leuiter de irregularitate, & censuris tangere
aliqui solent. Fundatur in his, quæ dicta sunt suprà n. 1.
(Hæc omnia habentur in Catech. & in Doctr. de Ordin.
Sacrament.)

Nota eorum, qua ab examinandis ad Subdiaconatum,
& Diaconatum sunt inquirenda. Num. 6.

Primò, Conc. ita ait: Subdiaconi & Diaconi ordina-
tur, qui literis, & his, quæ ad Ordinem exercendum *s. de Ord.*
pertinent, sint instructi. Vbi notatur illud verbum, instru-
cti. Ille enim videtur instructus, qui alicuius rei saltem

OPVSCVLVM
DE EXAMINE
AD ORDINES,

Ad Confessiones, ad Curam animarum,
ad Beneficia, & ad Conciones.

*Fundatum in sacro Concil. Trid. nt. Catech.
Rom. Conciliis Prov. Med. & aliis
graviss. Authoribus;*

Nec non in praxi, quam Author Romæ, &
alibi vidit observari.

Per R. D. IOANNEM BELLARINVM,
Clericum Reg. Congreg. S. Pauli.



L V G D V N I,

Apud BENEDICTVM VIGNEV, in Magno vico
Hospitalis, ad insigne Rubi Coronati.

M. DC. LXXXIII.
DE LICENTIA SUPERIORVM.

Tertiò, de Ordine Sacerdotali, necnon de sacramento Eucharistiæ, & de sacrificio Missæ potissimum examinari debet, & usus, & ratio, & auctoritas docet. Hæc enim præcipue ad officium pertinent sacerdotis.

Porriò Catech. hoc ita ait: Præterea in sacerdote non solum ea cognitio requirenda est, quæ ad sacramentorum usum, & tractationem pertinet, sed etiam sacrarum literarum scientia ita instructum esse oportet, ut populo Christiano fidei mysteria, & divinæ legis præcepta tradere; ad virtutem, & pietatem excitare, à vitiis revocare fideles possit. Sacerdotis enim duo sunt munera, quorum alterum est, ut Sacramenta ritè conficiat, & administret: Alterum, ut populum fidei suæ commissum iis rebus, & institutis, quæ ad salutem necessaria sunt, erudiat: Malachias enim ita testatur: *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum est.* Vt igitur in horum altero, si mediocri cognitione sit ornatus, præstare, quod debet, possit: alterum certe non vulgarem, sed exquisitam potius doctrinam desiderat. Quamvis æquè ab omnibus Sacerdotibus summa reconditarum rerum scientia non exigatur, sed quæ ad suscepti officii, & ministerii functionem vnicuique satis esse possit. Hæc Catech. Vbi apparet quod talis scientia in Sacerdote desideratur.

1. Vt mysteria fidei cognoscat. Cat. in Symb.
 2. Vt sciat præcepta divinæ legis. Cat. in Decal.
 3. Virtutum, & vitiorum notitiam habeat, distinquere doceat sciat. Ibid.
 4. Ea, quæ pertinent ad usum, & administrationem sacramentorum cognoscat. Cat. de Sacr.
1. Vt specialem notitiam habeat Eucharistiæ, & Sacrificii Missæ, quæ consecrari, administrare, & Deo offerri debet. (Cat. de Sacr. Doct. ibid.)

Demum Conc. Prou. In hærendo statutis à Conc. Tr. & traditis à Cat. Rom. de hoc examine ita proponit.

Primò, sacerdotem scire debere, quid sit Sacrificium Missæ (Conc. Trid. sess. 22. c. 2. Cat. de Euch. n. 70. Doct. de Euc. part. 3. c. 1.)

Secundò, quis sit illius Sacrificii effectus, Conc. sess. 22. &c. Cat. de Euch. n. 78. &c. Doct. de Euch. 3. part. c. 3.

Tertiò, quæ partes. (Doct. de Euch. part. 3. cap. 4. ex D. Thoma.)

Quartò, quæ mysteria in eo sint. (Doct. de Euch. 3. part. cap. 4. & 5.)

Quintò quæ sacrarum vestium significationes. (Doct. cap. 5. n. 6. de Euch. part. 3.)

Sextò, quæ in eo sacrificio offerendo requirantur. (Doct. de Euch. 3. part. per totum.)

Septimò, ubi, & quando illud fieri non licet. (Doct. ibid. cap. 5. n. 7. & 8.)

Octavò, quæ dubia aliquando incidere possint, (ibid. Doct. cap. 7.)

Nonò, Quæ explicatione opus habeat, vt rectè illud fiat. Existimo de Canonis explicatione, sed multò magis de verbis consecrationis loqui (Doct. de Euch. par. 1. c. 1. & 3. part. c. 1. Conc. & Cat. vbi notatur)

Decimò, An factæ Confessionis aliquam peritiam habeant.

Vndecimò, An ad alia item sacramenta rectè, ritèque ministranda idoneus sit.

Duodecimò, An eorum cognitionem & explicationem habeat. (Doct. in fine Comp. de Sacr.)

Decimotertiò, An doctrinam iterum teneat, quia verbum Dei debet rectè tractare, concionem vt habere possit.

Decimoquartò, An de re sacra, de Christianarum virtutum officiis, atque de omni re ad salutem necessaria aptè populum instruere, aut docere possit (in Cat. per totum.)

Ex his omnibus colligitur, quod promovendus ad sacerdotium super his debet examinari.

Primò, circa literas Latinas ea ratione, quæ de Subdiacono, & Diacono dictum est.

Secundò circa Sacramenta, sufficit compendiosa cognitio, ut in fine Doctrinæ habetur. De Penitentia in particulari, quoad quatuor causas summam inquiri potest.

Tertiò, De sacra Eucharistia, tum conficienda, tum administranda. Doct. de Eucharist. part. 1. In hoc examen diligens esse debet. Ideo opus est inquirere quæ sit apta materia Eucharistiæ, quæ forma consecrationis corporis & sanguinis: quæ sint de necessitate sacramenti, quæ de necessitate præcepti, quid sit consecratio, & transubstanti-

tatio. De contento sub speciebus panis, & vini, antè, & post consecrationem, & quid ex vi sacramenti, vel per realem concomitantiam, & similia. (Hæc habentur in Concil. Trident. sess. 13. Catech. de Euchar. Doct. de Euchar. part. 2.)

Quartò, de Sacrificio Missæ: Diligenter, ut in Concil. Prou. propositum est. (De hoc Conc. sess. 12. Catech. de Euc. in fine. Doctr. in i. part. de Euchar.)

Quintò debet interrogari de his, quæ pertinent ad teñam susceptionem, & executionem ordinis sacerdotalis. Quæ susceptionem, vel executionem impediunt, ut censura & irregularitates. Item quæ sit materia ordinis Sacerdotalis, & quosuplex, & quid significet? Quæ, & quosuplex forma, quis character, & effectus: vestium significationes, & Ceremoniæ, quæ in ejus collatione fiunt. Quod illius officium. Quæ, & quosuplex potestas illi detur, & quando? Quæ claves illi tradantur: Quis illarum legitimus vsus. (De his Conc. sess. 23. Cat. de Ord. Pontif. de ordinatione, in Doct. omnia collecta, ubi de Ord.)

Conclusio de congruentia examinis constituitur.

Num. 8.

Declarare quod examen de Ordinibus constitutum, etiam seclusa Conc. & Catech. autoritate, congruum, & rationale sit, vtilissimum esse videtur. Itaque in duas partes examen divisum est, nempe tum circa literas latinas, tum circa literas Ecclesiasticas.

Quod attinet ad latinas, ita statutum est: Clerici primæ tonsuræ non ignorant legere, & scribere. Minores intelligant linguam latinam. Ordines sacri requirunt, ut sint literis latinis instructi. Quid hoc ordine facilius, & congruentius? Cum enim scientia, & eruditio Ecclesiastica literis latinis tradita sit, & illi, qui ad ordines promouentur, talem doctrinam scire, & populis explicare debeant, erat summè conveniens, ut paulatim & per genus, & cum tali ordine requireretur.

Porro circa literas Ecclesiasticas, in prima Tonsura requiritur cognitio doctrinæ Christianæ, & ipsius tonsuræ. In minoribus, cognitio magis exacta ejusdem doctrinæ, & noticia eorum, quæ ad ordinem pertinent suscipiendum: In Subdiaconatu, cognitio de sacramentis in

genere, & de ordine suscipiendo, & exactius de doctrina Christiana. In Diacono idem, sed majori quadam ratione. Demùm in sacerdotio requiritur scientia de Sacramento Ordinis suscipiendi. De Eucharistia ab illo suscipienda, & administranda. De sacrificio Missæ celebrando. De Sacramentis ab illo administrandis: & demùm noticia eorum, de quibus omnes fideles doceri debent. Quid hoc ordine convenientius? Studere enim sacramento Ordinis, & Eucharistia, in quo etiam agitur de sacrificio Missæ; Compendio item doctrinæ Sacramentorum, & his, quæ ab omnibus sciri debent, quis nimis difficile esse dicit? Cur sacerdos non debet scire ea, quæ omnes scire tenentur. Quæ difficultas, ut quis studeat his tribus, sacramento Ordinis, sacramento Eucharistia, & Compendio aliorum sacramentorum. Ad hæc enim quatuor, summa eorum, quæ à sacerdote, & ab illis sciri debent, reduci potest. Neque igitur conquiri debent ordinandi, si super his interrogantur. Neque examinatores debent desinere à ratione examinandi, quæ proposita est. Vnum est tamen quod hoc loco admonere congruum est, nempe explicare, ut aliqui examinatores antequam ad examen ordinandorum accedant, videant Primò, quid à Conciliis de quolibet genere examinis sit statutum. Secundò, ut percurrant materias super quibus examen ab illis faciendum sit: Si enim materiam, super qua debent examinare, familiarem non habeant, neque sciant opportunas de illa facere interrogaciones, & consequenter neque de scientia examinati iudicare. Similiter examinandi multò ante, quam illis ad examen accedendum sit, debent studere his, quæ ab illis discenda sunt. Examine igitur propositum, & difficile non est, & recta ratio est constitutum.

De Examine ad Confessiones.

Caput II.

Negitium de examine Confessariorum statuendo difficillimum est, & magnam requirit indaginem, & in illo errare non sine magno periculo est: exactius ergo discuti debet, ideo hæc tria examinanda sunt.

Primò de officio, & munere confessorii.

Secundò. De scientia, quæ ad tale munus obeundum necessaria est.

Tertiò, de modo examinandi, & de iudicio in hoc examine faciendò.

De munere Confessarij. Num. 2.

C. I. f. 14. cap. 5. **Q**uod strioet ad munus Confessarii, ex Navar. D. Th. Cat. & Conc. Tr. habetur quod illius officium duplex est, nempe Iudicis, & Medici, & ad hæc duo omnes actus Confessarij reduci possunt.

D. T. p. 9. Ad munus quidem iudicis quatuor actus requiruntur, **17. f. 9.** & duo primi pertinent ad clavem scientiæ, duo ultimi ad **Na. can. 5.** clavem potestatis.

num. 1. Ex Primus actus est examinare conscientiam penitentis, **D. T. ibid.** seu, ut ait Conc. Trident. causam illius: ita aiunt Navar. **Sess. 14. c. 5.** D. Thomas, Cat. & alii, qui fatentur aliquando sub peccato mortali ad hoc teneri. Ratio est, quia confessor tenetur, antequam iudicet causam penitentis, cognoscere illam: sæpius autem evenit, ut hanc cognitionem habere non possit, nisi examinet penitentem; ideo hoc examen aliquando necessarium est: & hæc ratio in Conc. Trid. fundata existit.

Conc. Trid. Catech. de D. Thom. Nav. ibid. Secundus actus est iudicare de examinatis, seu de conscientia, & causa penitentis: veluti an possit absolvi, vel non: & si potest absolvi, qua ratione sit absolvendus: debet ergo iudicare, quæ peccata sunt mortalia, quæ habeant annexam excommunicationem, vel reservationem, vel obligationem restituendi. Ratio est, quia iudex, ut iuste iudicet, prius omnino debet cognoscere causam iudicandam, & hæc quoque ratio in Conc. Tr. fundata est, sicut etiam ipsa conclusio.

C. T. ibid. ibid. can. 9. & 15. Tertius est absolvere à peccatis. Quartus est ligare, *id est*, obligare ad aliquam poenam luendam, vel satisfactionem, aut restitutionem faciendam, vel ad aliquam occasionem vitandam, & similia. Ita Conc. & omnes.

Sess. 14. c. 5. & 8. Cat. de pœnit. Num. 57. Quod attinet verò ad Confessarii munus, prout Medicus est, Catechismus, & alii docent pertinere ad ipsam, quod det remedia peccatis: quæ remedia sunt in duplici differentia: quædam sunt curativa, nempe quæ sanant à peccato commisso: alia sunt præservativa, quæ præservant penitentem, ne iterum incidat in peccata: ita Cat. & alii Doctores asserunt.

De scientia Confessarii. Num. 3.

Dico de munere confessarii, dicendum de illius scientia: ex illo enim istud cognosci potest. Et autem, ut ait Navarrus, duplex scientia confessarii: una perfecta, alia sufficiens, & necessaria: perfecta est, ut præter illa quæ pertinent ad casus conscientiæ, calleat partem Theologiæ, quæ est de sacramentis, & de moribus, *id est*, virtutibus, & vitis, & habeat peritiam vtriusque juris, & norit Constitutiones Synodales regionis, vbi debet audire confessionis. Sufficiens est, quæ sufficit ad hoc, ut confessor actus, qui dicti sunt, rectè, & sine errore exercere possit: Et quamvis sit hæc, (modò enim de perfecta dicendam non est) determinare oportet. Itaque de illa sententias Doctorum proponere opus est.

Sententia Navarri de scientia Confessarii.

Num. 4.

Navarus ait, Confessarium debere ista scire.

Primò, Quam habeat jurisdictionem, & facultatem absolvendi. **Cap. 4. & 5.**

Secundò, Quomodo conscientiam penitentis, iuxta statum sibi subditorum, debeat examinare. **Nav. c. 4. & 5. & 8.**

Tertiò, Quæ peccata sunt mortalia, quæ venialia, & his, quæ à suis penitentibus committi solent. **C. 4. n. 8. ibidem.**

Quartò, Quæ circumstantiæ sint necessariæ conficiendæ, & quod confiteri numerum mortalium est necesse. **ibidem.**

Quintò, Quibus criminibus annexa sit excommunicatio. **ibidem.**

Sextò, Quæ sint peccata reservata. **ibidem.**

Septimò, Quæ peccata restitutionem exposculent, vel saltem dubitare. **ibidem.**

Octavò, Quomodo incurrat irregularitas, si clericus auditurus sit, vel saltem dubitare. **ibidem.**

Nonò, Quando septem vitia capitalia sint mortalia, & quando non. **Num. 1. r.**

Decimò, Quomodo differant major, & minor excommunicatio. **ibid. n. 9. ibidem.**

Vndecimò, Quod voluntas deliberata peccandi mortaliter, sit peccatum mortale, etiam si opus non sequatur. **ibidem.**

Duodecimò, Quod sciat dubitare circa suspectos contractus: & circa ea, quæ alij mediocriter versati rectè intel- **ibidem.**

ligunt, et cum opus est, alios consulant.

Num. 8.

Demum, quando possit, vel non possit absolvere? Hæc ex Navaro.

Sententia D. Thoma de scientia Confessarii.

Num. 5.

57. 937. 102.

Dicitur Thomas loquitur in generali de scientia confessarii, & ait opus esse, ut sciat
Primo examinare conscientiam penitentis.
Secundo, Judicare an penitens possit, vel non possit absolvi: & quomodo sit absolvendus, & in his duobus virtualiter continetur quicquid à Navara dictum est.

Doctrina Catechismi de scientia Confessarii.

Num. 6.

D. P. n. 35.

Catechismus ait, Confessarium scire debere.

1. Quod jurisdictionis ordinata, vel delegata omnino illi necessaria sit.
2. Quomodo peccata investigare possit, juxta cuiusque statum.
3. Quomodo debeat judicare inter varia genera peccatorum, quæ magis gravia, vel levia sint.
4. Quæ cuique peccato poena conveniat.
5. Quæ remedia respectu tum præteriti, tum futuri danda sint.
6. Quando debeat absolvere, quando ligare.
7. Quod sciat, quantum in suo officio ponderis, ac momenti sit.

Doctrina Concilii Trident. de scientia Confessarii.

Num. 7.

S. ff. 13. c. 5.

Concilium Trid. de scientia Confessarii ponit quatuor sequentes conclusiones.

Ibidem.

Prima est, Confessarius debet cognoscere causam penitentis: ait enim, constat Sacerdotes iudicium hoc incognita causa exercere non posse: si ergo debet cognoscere causam, ergo debet habere scientiam, ut dictam causam cognoscere possit.

Ibidem.

Secunda est, tunc sacerdos cognoscit causam penitentis, cum cognoscit omnia peccata mortalia, non solum in genere, sed etiam in specie, nec non circumstantias mutantes speciem, cum numero tum peccatorum, tum circumstantiarum.

constantiarum, quæ dictæ sunt. Hoc Concilium aperte docet declarando etiam esse de jure divino.

Ibidem.

Tertia est, Confessarius debet cognoscere quæ poenæ æquum sit imponere culibet penitenti, juxta cognitionem habitam de casus sua.

Quarta est, Necessarium esse quod Confessarius sciat, qua ratione vitandum sit clavibus sibi traditis ad retinenda, vel remittenda peccata, ait enim, quod pro potestate clavium, remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronuntiet.

Decretum Conc. Provinc. Mediolan. de sententia, & examine Confessarii. Num. 8.

Concilium Provinc. Mediol. ex Summis, Theologis, Canonistis, Catech. Rom. & sacro Conc. Trident. colligit, & explicat, qualis scientia, & quod examen ad confessiones requiratur. Et quia forma examinandi ab illo tradita ferè ubique, sed præcipue in hæc Provincia servatur: ideo distinctè proponam interrogationes, quæ in eo explicantur, & postea ubi dicta doctrina possit inventi subjungam. Doctrinam autem Conc. Trid. & Catech. Rom. cum certum sit aliis debere proponi, ideo ubi in dictis libris possit reperiri adnotabo. Quod si locum, ubi in libro à me edito, qui inscribitur, ut dixi, Doctr. Conc. &c. apponam, hoc ideo factum esse lectores intelligunt, ut doctrina simul collecta, & magis explicata, ad examen magis accommodata proponita sit.

C. Prov. 5. de exam.

Verum & hoc loco lectorem admonere optimum visum est, quod cum scientia Confessarii ad duo potissimum capita reduci possit, nempe ad sacramentum Penitentiae, & ad casus conscientie: De sacramentum autem Penitentiae à Sacro Concilio, & à Catechismo doctrina sufficiens, imò completa tradita sit, de casibus verd conscientie non item, eventit ut necessariò apponi debeat, in quo alio libro doctrina de casibus valeat inveniri: Sed qualis orientur consusio, si Doctorum, & librorum varietas & multitudo hic lectori proponita sit? Melius itaque mihi visum est, si in aliquo parvo libro tota hæc de casibus materia facili quâdam ratione collecta, atque distinctè proponita sit. Sic enim fiet, ut ex duobus non magnis libris

scientia, quæ in confessorio desideratur, haberi possit. Si-
cut ergo ex Sacto Conc. & Catechismo in vno libro do-
ctrinam de sacramentis collegi, ita & materiam de casu-
bus conscientia ex Summis, & Theologis in alio libro
colligendam curavi. Quod quidem duplici ratione fa-
ctum est: in vno enim libro, qui inscribitur, *Memoriale*
per li Confessori, summam, & compendiosæ doctrinam
quæ Confessatio necessaria est, colligere studui. In alio
verò qui inscribitur, *Comparimento di tutta la con-*
sciencia, magis distinctè eadem scientia collecta esse vi-
detur: in utroque autem libro notatur in margine vbi do-
ctrina in illis proposita apud alios Dōctores valeat re-
periri. Veritaque declaratur, quod doctrina, quæ in Con-
fessorio requiritur, non est adeo vasta, seu difficilis, ut
in paucis, & non admodum magnis libris valeat repe-
ri, nec non mediocri quodam studio obtineri, ubi in
dictis libris reperitur, hic annotatum erit. Quod si
quis in alio libro versatus, velit in illo invenire, quod
dictum est: consideret de qua materia sit sermo, ve-
lut an de Vsurâ, vel Restitutione, vel alio: & vbi de
dictis in illo agitur, querat, & inveniet. Nunc agitur
quod à Concilio Prou. de examine Confessorii statu-
rum est, ut proponetur. At itaque Confessorium debet
examinari.

Primo, De Sacramenti Pœnitentiæ necessitate. De hoc
Conc. Trid. sess. 14. cap. 11. Car. de pœn. n. 1. Doct. de
pœn. num. 1.

Secundo, Quare sit institutum, & à quo.

De hoc. Conc. Trid. sess. 14. cap. 1. Car. de pœn. n. 11.
Doct. de Pœn. cap. 1. num. 2.

Tertio, Quæ huius Sacramenti materia, & forma.

De hoc Concil. Trid. sess. 14. c. 3. Catec. de pœn.
n. 14. 15. Doct. de pœn. cap. 2.

Quarto, Quis illius effectus.

Conc. sess. 14. c. 3. Catec. de pœn. n. 19. 20. 21. Doct.
de pœn. c. 2. n. 7. 8.

Quinto, Quis minister.

Conc. sess. 14. c. 6. Catec. de pœn. n. 35. &c. Doct.
de pœn. cap. 4.

Sexto, Quæ conditiones in eo requirantur. Conc. Car.
Doct. ibid.

Septimo, Quæ regule ad discernendum, & distinguen-
dum peccatum mortale à veniali.

Tolet. Inst. de mort. c. 1. &c. Nau. præiud. 9. Com. p. part.
1. Instr. cap. 3. n. 3.

Octavo, Quæ pœnitentiæ partes.

Conc. Trid. sess. 4. cap. 3. Catec. de pœn. num. 22. 23.
Doct. de pœn. cap. 2. num. 3. & 4.

Nono, Quæ eorum partium ratio. Catec. & Doct. ibid.
Decimo, Quid contritio. Conc. sess. 14. cap. 34. Catec.
de pœn. n. 24. &c. Doct. de pœn. c. 3. & 4.

Vndecimo, Quæ ad veram contritionem sint necessaria.

Conc. Catec. Doct. ibid.

Duodecimo, Qui contritionis effectus & utilitas.

Conc. sess. 14. cap. 4. Catec. de pœn. num. 35. Doct.
pœn. cap. 3. num. 13.

Decimotertio, Qua quisque ratione se ad contriti-
onem exercere possit.

Conc. sess. 6. cap. 6. Catec. de pœn. num. 9 & 36. Doct. de
pœn. cap. 1. n. 1. & cap. 3. n. 14. & 15.

Decimoquarto, Quæ signa sint veræ contritionis.

Catec. de pœn. n. 18. Doct. de pœn. cap. 2. n. 5.

Decimoquinto, Quæ confessionis natura sit, atque sub-
stantia.

Conc. sess. 14. cap. 5. Car. de pœn. n. 37. Doct. de pœn.
cap. 4.

Decimosexto, An diligenter inquirere sciat, & peccato-
ris circumstantias, & peccati item. His paucis verbis
multa, & magna proponuntur de scientia, & examine
Confessoris.

De hoc distinctè Memoriale Confess. cap. 3. & 4. &
Comp. part. 2. per totam.

Decimoseptimo, Quæ circumstantiæ mutant speciem
peccati, & quæ in confessione explicandæ sint.

Conc. sess. 14. cap. 5. Catec. de pœn. num. 43. Doct. de
pœn. cap. 4. n. 9. Comp. part. 2. per totam.

Decimooctavo, Quæ restitutionem exposulent, Quæ
radices, vel causæ restitutionis.

Doct. vbi de restitutione, Comp. part. 1. cap. 7. &
par. 2. practica 7.

Decimonono, An dubios, suspectos, ve contractus no-
Cc 2

Doctores ubi de contractibus. Comp. part. 1. c. 7. & part. 1. practica 7.

Vigefimò, Quibus criminibus annexæ sint censuræ. Doct. ubi de censuris. Comp. part. 1. pract. 1. c. 3. &c.

Vigefimoprimum, An item illarum peritiam teneant. Doctores. Memor. Compar. ibid.

Vigefimosecundò, an casus in quibus irregularitatis macula contrahitur.

Doct. ubi de irregul. Comp. 2. part. practica 3. Memor. Confess. cap. 6.

Vigefimotertiò, an saltem de iis omnibus, & aliis, quæ ad verum, perfectivum huius sacramenti penitentia ministri pertinent, sciant dubitare, & novetint consulere peritos, quomodo agendum sit id, quod in dubitationem adducunt.

Vigefimoquartò, Qui item ritus, & sacræ ceremoniæ confessionis. Catech. de pen. num. 43. doct. de pen. cap. 4. num. 6.

Vigefimoquintò, Quæ conditiones ad confessionem verè penitentis necessariæ.

Conc. sess. 14. cap. 5. Catech. de pen. n. 47. &c. Doct. de pen. cap. 1. n. 10.

Vigefimosexto, Quis ordo confitendi: quando quis statim confiteri debeat: quando item confessionem iterare.

Catech. de pen. n. 45. 46. &c. Doct. de pen. c. 4. Mem. confess. cap. 1. n. 14.

Vigefimoseptimò, De satisfactione, quæ tertia pars penitentia est, queratur.

Vigefimooctavò, Quæ satisfactionis partes. Concil. sess. 14. c. 9. Catech. de penit. n. 64. &c. Doct. de pen. cap. 6. num. 7.

Vigefimononò, Quis satisfactionis finis. Conc. sess. 14. c. 8. Catech. de pen. num. 65. &c. Doct. de pen. c. 6. nu. 5.

Trigefimò, Qui fructus, quæve villitates satisfactionis. Conc. sess. 14. cap. 8. Catech. & Doct. ibi.

Trigefimoprimum, Quæ in satisfactione requirantur.

Conc. ibid. Catech. de penit. n. 74. Doct. de penit. c. 6. num. 6.

Trigefimosecundò, Qualis ac quanta penitentia penitentium imponi debeat.

Conc. sess. 14. cap. 8. Catech. de pen. n. 80. &c. Doct. de pen. cap. 6. num. 9.

Trigefimotertiò, An salutaris, & convenientes satisfactiones pro gravitate criminum, & penitentium facultate injungere sciant.

Ex Conc. sess. 14. cap. 8. ex Catech. de pen. n. 64. &c. Doct. de pen. cap. 6.

Trigefimoquartò, An item ex Innocentii III. præscripto, more periti Medici sciant infundere vinum, & oleum vulneribus fluctiati, & quale debeant præbere remedium, aut consilium.

Ex Conc. ibid. Catech. de pen. num. 53. & per tot. Doct. de pen. cap. 5. & 6.

Trigefimoquintò, An præterea Canones penitentiales rectè teneant.

Illi canones in Rituali habentur, & de illis aliqua Doct. de pen. cap. 6. num. 9.

Trigefimosexto, Quæ differentia sit satisfactionum, atque penitentiarum.

Ex Conc. sess. 14. cap. 9. ex Catech. de pen. n. 46. 75. 76. &c. Doct. de pen. cap. 6.

Trigefimoseptimò, de absolute indagatione.

Conc. sess. 14. c. 3. Cat. de pen. n. 15. 46. &c. Doct. de pen. cap. 5.

Trigefimooctavò, quæ verborum formula requiratur.

Conc. ibid. Catech. de penit. n. 54. Doct. de penit. num. 6.

Trigefimononò, quæ preces, orationesve præterea adhibeantur.

Conc. ibid. Catech. de penit. num. 16.

Quadragesimò, Quis ordo observandus in absolvendis tam à peccatis, quam ab excommunicatione, suspensione. Nan. cap. 26. n. 7. &c.

Quadragesimoprimum, de sigillo item confessionis plura querantur, ac præsertim quæ vis, & quanta sigilli. Car. de pen. n. 13. doct. de pen. c. 5. n. 5.

Quadragesimosecundò, quæ sub illud cadant. Car. de pen. n. 58. Doct. de penit. ibidem.

Ex dictis autem apparet, quod omnis scientia in confessoris requisita ad illud spectat, ut recte sacramentum poenitentiae administraretur. Patet etiam, quod examen à Conc. Prou. propositum, in simillima sit fundatum & auctoritate, & ratione: Cùm enim confessorius debeat sacramentum Poenitentiae administrare, omaind debet illa scire, quae ad rectam illius administrationem sunt requisita: Haec autem & nihil aliud in proposito examine continentur; ideo recta ratione constitutum esse dicendum est.

Conclusio de scientia Confessarii. Num. 9.

Hucusque propositae sunt auctorum sententiae de scientia Confessarii. Existimo autem quàm maximè expedire, ut dictis conclusiones quaedam determinatae de scientia, & examine confessorii proponantur: nisi enim examen recta, & distincta, & ordinata ratione habeatur, maxima confusio in examinando, & major in iudicando ortui potest: quatuor igitur conclusiones ex dictis Auctoribus acceptas de examine, & scientia confessoriorum subiungam.

Ex Auct. relatis.

Prima est haec: Confessorius debet scire omnia, quae pertinent ad substantiam sacramenti Poenitentiae, qualia sunt ea quae pertinent ad integram, & praecisam rationem materiae, formae, efficientis & finis: patet ratione, quia est minister huius sacramenti: cui si desit aliquid essentiale, non rectè confertur. Patet ex Conc. Prou. à quo omnis scientia Confessarii reducitur ad ea, quae pertinent ad Sacramentum Poenitentiae: demum est Conc. Trid. & Carech. & omnium Doctorum haec conclusio.

Secunda est talis. Confessor debet cognoscere omnes modos principales, & magis ordinatos, quibus potest peccati contra praecipua Dei, & Ecclesiae; & hoc tali ratione cognoscere debet, ut habeat certas regulas quibus in singulis modis distinguit, quando peccatum mortale sit, & quando illi annexa sit retervatio, vel causa, vel irregularitas, vel obligatio restituendi, aut aliquid aliud faciendi. Non dixi autem omnes casus, quia innumerae sunt, Dixi autem modos principales, quia isti ad summum circa triginta sunt, & ex illorum cognitione pendet notitia omnium peccatorum, & circumstantiarum

quae mortalia sunt. Haec conclusio probatur ratione, quia sicut iudex non potest cognoscere causas accusatorum, seu reorum, nisi sciat tum leges, tum transgressiones illarum: neque enim sciat, quod iste transgressus sit legem, nisi sciat quod datur talis lex, & quod tali actione sit contra illam: ita confessorius non potest scire, quod iste, vel ille transgressus sit legem Dei, nisi sciat legem, & transgressiones illius: si enim ignorat, quod foris vel perjurium, vel odium sit mortalis transgressio legis, neque sciet, an iste, qui foratus est, & pejeravit, peccaverit contra legem. Cùm ergo Conc. Trid. dicat oportere, quod confessorius cognoscat causam poenitentis, distinguendo omnia peccata mortalia, & circumstantias mutantes speciem, & hoc esse dicat de iure divino, & cùm appareat, quod confessorius non poterit omnia peccata mortalia, & circumstantias illorum cognoscere, nisi sciat modos jam dictos cum regulis suis, manifestè sequitur, quod istos modos scire omnind debet.

Tertia Conclusio est: Non sufficere, quod confessorius cognoscat omnes modos jam dictos, sed etiam oportere, ut sciat investigare, & examinare latitudinem, & profunditatem conscientiae poenitentis, iuxta illius statum, ad hoc, ut cognoscat, quae, qualia, quot & quanta peccata contra Dei legem ab illo commissa sunt. Per latitudinem autem conscientiae intelligo, quod inquisitio fiat super omnia praecipua, quatenus opus est. Per profunditatem intelligo, ut inquiratur, an fuerit consensus rationis, an peccatum sit ex malitia, habitu, consuetudine, vel ex ignorantia, & infirmitate & aliis, quae pertinent ad cognoscendum, an peccatum fuerit mortale, & quam grave. Haec conclusio probatur auctoritate, ut supra, Navari, D. Thomae, Concilii Provincialis, Carech. & aliorum multorum Doctorum. Patet etiam ratione fundata in sacro Conc. Trident. Ait enim, Confessorius debet cognoscere causam poenitentis, *id est*, crimina illius: ergo peccata debet intueri non tantum in lege, sed etiam in conscientia poenitentis: Sicut enim iudex non iudicat leges; sed reos, & Medicus non sanat infirmitates, sed infirmos: ita confessorius iudicat peccata, non legis, sed poenitentis. Quod verò debeat cognoscere profunditatem conscientiae, patet: quia Concilium Trid. ait debere cognoscere, an

peccata sint mortalia, & quàm gravia: de laetitudine etiam apparet, dum dicit omnia mortalia, non solum in genere, sed etiam in specie, & numero cognosci debere. Demùm Concil. Trid. de penitente ait, ipsum debere explicare omnes sinus, & latebras conscientie: per quæ profunditas intelligi potest. Hoc autem ad Confessatium transferri potest, dubium non est. Conclusio igitur posita vera erit.

Ex eisdem. Quarta Conclusio est. Confessarius debet scire omnia impedimenta matrimonii, tum non dirimentia, in quibus committitur peccatum mortale, ut votum simplex, sponsalia, & interdictum: tum ea, quæ dirimunt, & præcipue ea, quæ frequenter contingunt, veluti *cognatio, crimen, ligamen, honestas, si sit affinis*. Probatur primò ex communi usu, quia ubique super his examinatores interrogant: deinde ratione, cum plerique homines in statu vivant conjugali, dicta autem impedimenta sæpe in hoc statu contingant, & contingunt, si secum plurtima afferunt inconvenientia, quibus providere non potest, nisi confessarius sciat quid fieri debeat, omnino videtur rationabile ut dicta ab illis cognoscantur. Ad hæc quatuor ergo omnis scientia confessarii re- duci potest.

De scientia qua requiritur in Confessario circa Sacramentum Matrimonii. Num. 10.

Nunc magis distinctè juxta quatuor positas conclusiones, de scientia Confessarii est proponendum. Et quod attinet ad Sacramentum Matrimonii, Confessarius debet scire præcipue ea, quæ sequuntur.

Primò, debet cognoscere impedimenta non dirimentia, in quibus committitur peccatum mortale, sicut in quarta conclusione dictum est.

De his habetur in Doctr. de Sac. Matrim. c. 9. n. 2. Comp. part. 4. c. 7. Mem. conf. cap. 8.

Summilla vbi de Matrimonio.

Secundò debet scire, ut dictum est, impedimenta dirimentia, & præcipue iam dicta, quæ frequentius contingere solent.

De his agitur in Doctr. de Matrim. cap. 9. num. 3. & c. Compar. part. 2. prat. 4. c. 7. Mem. conf. c. 8.

Summilla vbi de Matrimonio.

Tertiò debet scire, quæ peccata possint committi ante contractum Matrimonium, in contrahendo, & post contractum.

De scientia, qua requiritur in Confessario circa Sacramentum Penitentiae. Num. 11.

Quod attinet ad Sacramentum penitentiae, Confessarius debet scire ea, quæ pertinent ad quatuor causas illius, nempe efficiens, materiam, formam, & finem, & hæc à Conc. prout supra, distinctè sunt explicata, summam autem modò hæc cadem proponuntur.

Primò igitur debet scire, quis sit huius sacramenti minister, quod illius officium, quæ ejusdem conditiones: Hæc enim pertinent ad causam efficientem.

De hoc Doct. de pen. c. 5. Mem. conf. c. 2.

Secundò debet habere notitiam de peccato, & de circumstantiis illius, quæ hæc est materia remota. Item de contritione, attritione, confessione, & illius circumstantiis, præcipue necessariis, & de satisfactione, quia materia proxima sunt.

De his in Doct. de pen. Memor. cap. 1. & 5.

Tertiò de forma absolutionis, Mem. cap. 1.

Quartò, de fine, effectu, & necessitate huius Sacramenti. Item de intentione ministri, Mem. cap. 1.

Ratio cur ista debent sciri, est quia ad productionem cujuscumque rei quatuor causæ omnino necessariae sunt: & si quid desit in aliqua illarum, impossibile est quod res illa bene produci possit. Cùm ergo Confessarius debeat rectè administrare Sacramentum Penitentiae, omnino dictarum causarum notitiam habere debet: & de his summam in Memoriali confess. traditum est.

De scientia qua requiritur in Confessario circa modos peccandi contra legem Dei. Num. 12.

Fortassis nimis vultum, & nimis arduum cuiquam videri potest, quod Confessarius teneatur scire omnes modos peccandi contra legem Dei, cum regulis, de quibus supra dictum est, unde etiam examen de tali scientia constitutum, ut nimis rigorosum à multis poterit iudicari: si enim casus conscientiarum sunt innumerabiles, & penè infiniti: si de illis etiam doctrina admodum diffusè,

& nimis sparium tradita est, profectio videtur ferè impossibile, ut confessarij de omnibus cum regulis dictis notitiam habere possint. Et revera prima facie res ita esse videtur. Sed re melius considerata apparet, quod dicta scientia non solum possibilis, sed etiam facilis sit. Esi enim casus conscientie innumerabiles sint, & de singulis distinctam habere notitiam multis impossibile sit, non tamen modi peccandi in tanto numero sunt, sed ad paucos, illosque distinctos, & ordinatos reduci possunt. Sicut enim omnia præcepta, ut ait Catec. Rom. cum D. August. ad Decalogum reducuntur: ita omnes modi peccandi ad illud reduci debent. Omnes autem modi peccandi contra decem præcepta, & præcipue qui principales sunt, circa triginta constitui possunt: qui numeros non adeo excessivus est. Si quis ergo ita affirmet: Omnia præcepta ad Decalogum reducuntur: Hujus Decalogi decem præcepta sunt, quæ tamen ad octo reduci possunt: Contra vnumquodque dictorum octo præceptorum quatuor modis, & non plurius, nec paucioribus peccare continget, vnde ad summum triginta duos modos enumerare continget: Quod si dicti modi colligantur, & recto ordine juxta præcepta distinguantur, & de singulis regulæ proximè tradantur, quis dicet, quod illos addiscere, vel memoria retinere, aut impossibile, aut nimis difficile sit: Hos igitur omnes modos cum regulis suis ut colligerem, distinguerem, ad ordinem redigerem summo studio curavi. Sicque collectos, & ordinatos magis diffusè in libro inscripto, (*Comparimento di tutta la Conscienza*) & compendiosè in alio, qui inscribitur (*Memoriale per li Confessori*), explicare curavi: idque lingua vernacula, ut etiam penitentibus deserviret. Hoc autem à me ideo factum est, ut scientia de modis peccandi, quæ dicta est, & possibilis, & facilis, vobis non solum ostendatur, sed etiam exhibeatur. Nunc igitur modos magis communes, & vitatos peccandi contra legem Dei proponam, & ubi in dictis libris de illis agatur annotabo.

Circa itaque primum præceptum Confessarius debet scire.

Primo, De Doctrina Christiana, *id est*, quænam sint ea quæ quilibet Christianus tenetur scire cum obliga-

tione ad mortale, & qua regula cognoscatur, quando ignorantia dictorum mortalium sit. Materia hæc quotidiana est.

De hoc Compar. 1. cap. casu 1.

Secundo, De superstitione, cum regula cognoscendi quando mortale. Materia quotidiana.

De hoc Comp. part. 1. cap. 1. casu 5.

Tertio, De hæresi, de dubiis fidei, de libris hæreticis, & denunciandis suspectis de hæ. si. cum regulis.

De hoc Comp. part. 1. cap. 1. casu 3.

Circa secundum præceptum quilibet Confessarius debet scire tres materias valde frequentes.

De blasphemis, & verbis contra Deum, &c. cum regulis, & an sit casus reservatus.

De hoc Compar. 1. p. cap. 2. casu 6. &c.

De juramento, quid, & quotuplex sit. Qui comites illius. Cum regulis quando mortale sit? An sit casus reservatus, cum est in judicio. De hoc Compar. 1. p. & cap. 2. casu 11. & part. 2. cap. 7.

De voto, quid, & quotuplex sit. Quibus regulis cognoscatur. Quando mortaliter peccetur contra illud. Quæ causæ excusent ab observantia voti. Quomodo tollatur irritatione, commutatione, dispensatione, & quæ ad ista requirantur.

De hoc Compar. parte 1. cap. 2. casu 4. 5. & parte 2. pract. 1. capite 8.

Circa tertium præceptum debet scire.

Quæ sint generalia præcepta Ecclesiæ, quando mortaliter peccetur contra illa, quæ causæ excusent ab illorum observatione.

De hoc Compar. part. 1. capite 3. casu 18. &c.

De sacramentis Ecclesiæ, quando mortaliter peccetur male ministrando, vel suscipiendo. Item de injuriis, & offensis contra res, loca, & personas sacras; Item contra bona Ecclesiastica, vel contra libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam; cum regulis, quando mortale, & si sit excommunicatio, vel obligatio satisfaciendi. De hoc Comp. part. 1. cap. 3. casu 6. & seq. part. 2. pract. 1.

De censuris, & irregularitate. Quid sint. Quomodo pe-

ceat mort. circa illas. Quæ poenæ transgredienti appositæ & in quibus casibus incurrantur.

De hoc Comp. part. 1. c. 3. cal. 2. 6. & c. 1. part. pract. 3. c. 7. Mem. conf. c. 5. n. 10. & c. 6. n. 1. &c.

Circa quantum præceptum, quod datur superioribus, & inferioribus, debet sciri, quando excessus amoris, vel timoris inter illos sit mortale. Idem de defectu amoris, *id est*, cum invicem non faciunt, quæ facere debent. Similiter de offensis contra eosdem, cum regula quando adit circumstantia mutans speciem, veluti est, si filius patrem percutiat. De hoc Comp. part. 1. c. 4. part. 3. pract. 4.

Ad quartum præceptum reducitur status conjugatorum, de quo supra dictum est.

Quintum præceptum habet hunc sensum: Non occidas animam, neque corpus, sive tuum, sive proximi. Ideo circa illud debet sciri, quomodo peccetur: primò, contra animam: secundò, contra corpus suum, & proximorum.

Contra animam proximi peccatur, non faciendo opera misericordiæ spiritualia; ideo debet sciri quando illorum omisso sit mortalis. Item dando illi scandalum: ideo debet cognosci quando est mortale, vel adit obligatio satisfaciendi: & de hoc ubi infra.

Contra animam suam peccatur, non faciendo illi dicta opera, & permitiendo illi occasionem proximam peccati. Ideo de illis cognitis haberi debet.

Peccata in Spiritum sanctum, quia sunt contra animam, ad hoc præceptum reduci possunt; sed ista rarò contingunt.

De his Compar. part. 1. cap. 5. & part. 2. pract. 5. Contra corpus suum, & proximi peccatur, non faciendo opera misericordiæ corporalia; ideo cognoscendum, quando illam omisso, sit mortalis. Item inferendo in corpus offensam, quod contingit primò, ore. Secundò, lingua. Tertio, opere; ideo habendæ sunt regulæ, quibus cognoscatur non solum peccatum, sed etiam obligatio restituendi, pacem petendi, offensam remittendi, cum aliis, quæ debet facere Confessarius cum his qui inimicitias habent.

De his habetur Comp. part. 1. c. 6. & part. 2. pract. 6.

Sextum præceptum prohibet peccata luxuriæ, ideo debet sciri,

Primò, Quomodo peccetur corde, sive desiderio, sive delectatione morosa, cum regula, quando sit mortale. Secundò, quomodo lingua, legendo, quando; audiendo, canendo turpia, & inhonesta, cum eadem regula. Tertio, quomodo sensibus, ut visu, tactu, conversatione, colloquio, & similibus. Quarto, quomodo opere ipso, & in hoc species luxuriæ sunt distinguendæ. Quintò, quomodo quis in hoc peccato det scandalum aliis, vel sibi accipiat occasionem proximam peccandi, cum regula de peccato, & de obligatione satisfaciendi.

De his omnibus Compar. part. 1. c. 6. & part. 2. pract. Septimum præceptum prohibet peccata circa bona fortunæ.

Modi autem, quibus circa dicta bona peccatur, sunt quatuor. Primus excessus amoris, veluti avaritia. Secundus defectus amoris, ut prodigalitas, vel non impedire iniustum damnum facultatis alterius. Tertius, iniusta offensa, ut furtum, vel rapina. Quartus omisso debite satisfactionis, vel restitutionis. De his modis debet haberi cognitio cum regulis, quando adit peccatum mortale, vel obligatio restituendi.

De his Compar. part. 1. c. 7. & part. 2. pract. 7. Mem. conf. cap. 7.

Octavum præceptum prohibet peccata circa famam. Quatuor modis peccatur circa illam. Primus est, excessus amoris, ut superbia, vel ambitio. Secundus, defectus amoris, ut non tuei iustam famam alterius. Tertio, offensa, ut detractio, calumniæ, iniuria. Quarto, non satisfacere offensæ iam factæ. De his modis habenda est cognitio cum regulis de peccato mortali, & satisfaciendæ.

De his modis Compar. part. 1. cap. 8. & part. 2. pract. 8.

Nonum præceptum reducitur ad sextum, & decimum ad septimum.

Ad hos modos omnia peccata reduci possunt, saltem quæ magis communi sunt, & de his omnibus summationem in Memoriali, & magis distinctè in Compar. dictum est.

De scientia, qua requiritur in Confessario pro examine conscientia. Num. 13.

In hoc particulari, dum sui examinatur, inveni plures Confessarios non recte sentientes, imò graviter errantes. Multi enim solummodo audiebant peccata, quæ à penitentibus dicebantur: & illis auditis, passim nullo facto examine absoluebant. Alii de modo examinandi conscientiam penitentis nullam penitus peritiam habebant. Nonnulli Confessarii ad hoc examen faciendum non teneri arbitrabantur. In multis quoque Civitatibus competi, ab examinatore Confessarios super hoc examine nihil interrogari: Hinc fiebat ut dictum examen, & ignoraretur & omitteretur: illoque omisso, multa indiffusa in confessione reperirentur, quod à rectè sentientibus merito error maximus iudicatur. Confessarios igitur teneri ad habendam de illo peritiam, pro certo statuendum est. Quod si quis de hoc dubitet, legat ea quæ in Comp. 2. p. in initio propofita sunt, nempe in instructione pro Confessario. Hanc igitur cognitionem confessarius debet habere, & ideo scire.

Primò, Quid sit conscientia, & hoc explicat Comp. in præf. & Memor. Conf. cap. 3. n. 2.

2. Quid sit latitudo conscientia. Quod explicat Compar. in præf. & Memor. conf. cap. 3. n. 4.

3. De modo examinandi latitudinem conscientia super decem præceptis iuxta statum penitentis, ita ut sciat in singulis præceptis iudicare de quantum re hic, vel ille debeat interrogari: veluti circa præceptum non furandi, quomodo examinabit furtivum, filium, agricolam, mercatorem, & ita de aliis: De hoc autem data est theoria, & praxis, in Compar. part. prima & secunda. Item in memoriali, capite tertio.

4. De modo examinandi profunditatem conscientia, propter quod debet scire quomodo cognoscatur, an puet habeat usum rationis. Item quomodo ratio conscientia, vel non conscientia peccato, quando quis peccet ex ignorantia, vel infirmitate, vel consuetudine, vel malitia. Item quæ conscientia dicitur circa vel erronea, vel scripturalia. Item de causis, & radicibus peccatorum, & alia huiusmodi.

De quibus in Memor. conf. c. 4. & Compar. parte secun-

da, præfat. capite tertio. Et hæc de scientia Confessarii dicta sunt.

De ratione examinandi ad Confessiones.

Num. 14.

Dictò de officio, & de scientia Confessarii, dicendum de examine illius: quatuor autem sunt attendenda.

Primò, de fine examinatum. Secundò de materia examinis. Tertio, de modo examinandi. Quarto, de iudicio.

Finis examinatum debet esse investigare an examinatus habeat convenientem scientiam aliorum quatuor quæ dicta sunt, nempe Sacramenti Penitentia & Matrimonij, modorum peccandi contra legem Dei, & modi examinandi conscientiam penitentis. Ad hæc enim quatuor examen est dirigendum.

Materia examinis erunt quatuor iam dicta.

Modus examinandi erit facere opportunas interrogationes supra iam dictas: Et primò examinare de penitentia convenientem est, nisi aliud melius iudicetur. Non est autem necesse interrogare omnia, quæ de singulis dicta sunt, sed sufficit inquirere de his, quæ magis communia, vel necessaria iudicantur: demùm in quacumque materia debent fieri interrogationes, donec possit fieri iudicium, an interrogatus sciat, vel ignoret materiam illam: facto iudicio, ad aliam materiam, si in illa approbetur, transire esse debet; si reprobetur, examen dimitti potest. Qui enim notabiliter ignorat unam ex quatuor dictis materiis, nulla ratione admittendus esse videtur.

Hinc autem apparet, non rectè facere illos examinatores, qui super una tantum materia, veluti usura, restitutione, aut alia interrogant, & ex illa iudicium ferunt de scientia examinandi: hoc enim ut quis habeat scientiam in confessario requisitam, requiritur ut sciat, quæ dicta sunt; examen autem dictum non indicavit, quod dictorum habeat cognitionem.

Apparet etiam, non rectè fieri, si casus aliqui proponantur, & nulla fiat inquisitio de regulis, quibus peccata dijudicantur. Vt enim Confessarius habeat scientiam de peccatis, non satis est, ut naturali iudicio sciat casibus respondere: hoc enim multi illicitè faciunt: sed opus est, ut teneat

regulas, & illas sciat casibus applicare: scientia enim confessorii in hoc potissimum sita est, ut habeat regulas generales, & quod sciat applicationem illarum, ita ut aptus sit transire à regulis ad casus, & ab istis ad illas. Sicut enim aromatarius potest metiri, & ponderare merces, tum libra & ponderibus, tum sine illa, & solo iudicio naturali, cum venit libra, cum certitudine iudicat; cum facit sine illa, probabiliter tantum credit, & potest errare: ita si confessorius velit sine regulis, quæ sunt veluti pondera aromatarii, resolvet casus, probabiliter tantum, & cum periculo erroris hoc faciet. In ordine ergo ad regulas examen fieri debet.

Quod attinet verò ad iudicium, quod in examine fieri debet, examinatores rectè facient, si cum tali syllogismo procedant. Ille qui est sufficienter instructus in quatuor iam dictis, potest admitti ad Confessiones. Ille est, vel non est sufficienter instructus in dictis materiis: ergo ille potest, vel non potest ad Confessiones approbari. Maior est clara ex dictis: minor potest fieri evidens ab examine sic. Ille interrogatus super dictis quatuor, non erravit in re notabili, & convenienter ad interrogata dedit responsa: ergo sufficienter instructus est. Vel è contra sic. Ille in tali materia toties erravit, multa ignoravit, ergo non est instructus: ergo nec admittendus.

De modo studendi ad confessiones accommodato.

Num. 15.

Circa studium Confessoriorum quatuor sunt consideranda, scilicet, materia, libri, & studendi modus. Finis debet esse addiscere rectè quatuor illa, quæ dicta sunt.

Materia studii Confessoriorum debent esse eadem quatuor modò explicata.

De libris determinare magnum negotium est. An multis, an paucis, an istis, vel illis sit studendum, difficile dictu est. Nec brevitatis tractationis permittit discussione: sufficienter itaque dicere hoc, quòd si parum quis viget ingenio, & modicum sibi est otium, vel tempus ad studendum, & non habet eruditionem aliàs comparatam, tamen necesse est illi, ut ad confessiones audiendas se præparet; tunc paucis libris uti debet, & illis qui dictas materias

materias breviter colligunt, & resolutivè pertractant, onittendo ea, quæ minus necessaria sunt. Inter hos libros videatur valde ad hoc accommodati illi qui dicti sunt, nempe Doctr. Sa. r. Concil. Compart. conf. & Memor. Confess. In his ergo ve. similibus magna diligentia videndum. Primò, de penitentia. Secundò, de Matrimonio. Tertio, de modis peccandi contra legem Dei. Quarto, de modo conscientiam penitentis examinandi: in hisque quatuor materiis juxta contenta in illis libris diligenter se exercebis, donec saltem medicem illorum obineat cognitionem. Si verò quis ingenio pollet, & otium, ac tempus habet, poterit in quocumque voluerit libro addiscere, quæ ad dictas materias pertinent; modò tamen nihil de scitu necessariis omittat: sunt autem necessaria, quæ antea dicta sunt. Rectius tamen fiet, si doctrina sacri Conc. Trid. & Catech. Rom. de Sacramento Penitentia, vel ex ipso fonte hauriatur, vel Doctrina dicta ab ipsis collecta accipiat. Existimo etiam vtilissimum fore, si modus examinandi conscientiam penitentis à libris dictis acceptus sit: ibi enim speciali quadam ratione ad praxim accommodata traditus est. Et hæc de examine ad confessiones dicta sufficiunt.

De examine ad curam animarum.

Cap. VI.

Nunc de examine ad curam animarum dicendum *§. 14. cap. 18. R.* est. Finis autem illius, ait Conc. Trident. est, ut populis digni, & idonei Ministri præficiantur: Quod autem sit magnæ utilitatis, ut digni Parochi eligantur, Concil. Trident. ita declarat. Expedit maximè animarum salutem, à dignis, & idoneis parochis gubernari: Vbi illud verbum Expedit maximè, summum designat gradum utilitatis. Primò igitur de officio, & scientia Parochi; deinde de illius examine est dicendum.

De officio, & scientia Parochi.

Num. 2.

Concilium Trident. ait ad officium Parochi quatuor *§. 23. cap. 1. R.* pertinere.

Primò, Sacrificium offerre pro animabus sibi commissis. Secundò, Ministrare Sacramentum Penitentia. Tertio, Conferre alia Sacramenta; Baptismum, Eucha-

D d

ritiam, Matrimonium, Extremam Vocationem.

Quarto, docere populum ea quæ sunt de necessitate salutis.

Ex his autem, quæ ad illius officium pertinent, manifeste colligitur, quod talis scientia in illo desideretur, nempe.

Primo, ut sit Sacerdos, & habeat scientiam, quæ tali ordini necessaria est.

1. Ut instructus sit de iis, quæ ad audiendas pertinent confessiones.

2. Ut sciat ea, quæ pertinent ad usum & administrationem aliorum Sacramentorum.

3. Ut aptus sit docere Populum ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem.

Hinc fit, ut examen Parochorum in tres partes divisum sit. Prima est de examine pro officio Sacerdotis: secunda, pro administratione Sacramentorum: tertia, pro sermone ad populos habendo.

De examine pro officio Sacerdotis.

Num. 3.

Promovendus ad Curam animarum, vel est Sacerdos, vel non est Sacerdos; si non est, debet fieri illud examen, quod fieret, si deberet ad Sacerdotium promoveri. Cum enim non possit esse Parochus, nisi Sacerdos, & non possit esse Sacerdos, nisi habeat scientiam tali ordini requisitam, omnino necesse est, ut de dicta scientia examen habeatur. Si verò Sacerdos sit, sufficit ab eo investigare an fecit obligationem, quam habet offerendi Sacrificium Deo pro ovis sibi commissis, seu fungendi officio mediatoris inter Deum & populum sibi datum.

De examine pro administratione Sacramentorum.

Num. 4.

Examen pro administratione Sacramentorum dividitur in duas partes. In una sit circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, & est illud idem quod de Confessariis dictum fuit. In alia sit circa administrationem aliorum Sacramentorum, & in hac secunda parte Conc. Provinc. ait ista debere inquiri.

Primo, quæ variisusque sacramentorum materia, quæ forma: ita Catech. & Doctr. de Sacram.

1. Quæ eorum efficiens causa, & principalis. Catech. ibid.

3. Quæ causa efficiens instrumentalis, ibid.
 4. Quæ causa finalis, ibid.
 5. Quæ eorum differentia, ibid.
 6. Qui effectus, quive fructus, ibid.
 8. An maxime omnium peritiam teneant audiendæ sacræ confessionis.
 9. Quos huius generis libros, atque adeo summas habeant.
- Ratio, cur à Parochis ista debent quaeri, est quia cum isti debeant consecræ Sacramenta, illaque administrare, & populos de illorum usu docere, quæ dicta sunt illos cognoscere opus est. Autoritate etiam Conc. Trid. probatur. Si enim vult, quod promovendi ad Sacerdotium ista sciant, cur non magis Parochos, quorum officium esse administrare Sacramenta Conc. Trid. affirmat.

De examine pro sermone ad populos habendo.

Num. 5.

Dvo in hoc examine requiruntur. Primo, inquisitio circa materiam sermonis. Secundo, circa modum, & formam illius.

Conc. Trid. de materia sermonis à Parochis habendi ista proponit.

Primo, Ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, materiam illius esse debere. De his Catechismus in Symbolo.

2. Legem Dei. Catech. in Decalogo.
3. Virtutes, ac vitia, ibid.
4. Mysteria Sacrificij Missæ. Catech. & Doctr. de Eucharistia.
5. Vim, & usum Sacramentorum. Car. & Doctr. de Sacramento. in gen.
6. Præmium virtutum, & poenam vitiorum. Catech. in primum præc.

Catech. ad quatuor capita reducit ea, quæ à Parochis sunt explicanda, nempe.

Primo, Mysteria fidei, quæ in Symbolo sunt contenta. Catech. in Symb.

2. Bonum usum Sacramentorum, & de ipsis Sacramentis. Catech. Doctr. de Sacram.

Ibidem. 3. Observantiam divinæ legis, seu virtutes, & vitia, Ca-
tech. in Decal.

Ibidem. 4. Modum orandi. De quo in Oratione Domini-
cali.

Ibidem. Quod attinet ad modum docendi, Conc. Triid. in ser-
mone Parochi ista requirit.

R. Primò, Quod Parochi finis, & intentio sit pascere
ovés suas divini verbi prædicatione.

Ibidem. 2. Quod cogitet, ac sciat se teneri ad hoc ex divino
sef. 5. c. 2. præcepto.

R. 3. Quod accommodet se ad captum audientium, *id est*,
pro sua, & illorum capacitate loquatur.

4. Quod inutiles quæstiones postponat.

Ibidem. 5. Ut studeat tali modo loqui, ut in omnium cordibus
sef. 25. t. 2. verba inserat salutaria.

R. 6. Quod sermo sit brevis,

Ibidem. 7. Quod vsatur facilitate sermonis.

Ibidem. 8. Quod pro materia sermonis magis necessaria, &
Ibidem. villiora eligat.

Ibidem. 9. Quod frequenter hoc officio fungatur, nempe sal-
tem Dominicis diebus, & festis soknibus.

sef. 24. c. 4. Ex dictis ergo apparet, quod examinatores possunt re-
R. ducere quærenda de hoc sermone ad quatuor causas il-
lius: nempe, de intentione, & obligatione Parochi, quod
pertinet ad finem & ad efficiens. Deinde de materia, tum
de forma, & modo: Circa autem materiam, in qua magis
examen debet innotari, sciendum est, quod cum illa ad
quatuor capita Catech. tota reducatur, ut brevius fiat exa-
men, possunt examinatores, cum interrogabunt Parochum
de Sacramentis, & de modis peccandi contra legem Dei,
habere animum etiam ad investigandum an sciat dictas
materias in sermone accommodare: duo enim capita in
illis continentur. Sufficit ergo in materia sermonis attingere
aliquid de mysteriis fidei, & de oratione, quæ alia
duo capita respiciunt. Ita Parochi ex hoc possunt intelli-
gere quam materiam pro sermone habendo sibi debeant
comparare: primò enim de Sacramentis; secundò, de vi-
tiis, & peccatis contra legem, necnon de virtutibus,
seu de actibus qui in illa præcipiuntur: tertio de myste-
riis fidei: quartò, de oratione. Duo autem prima quoti-

die Parochi in manibus habent: ideo sufficit illi confide-
rate, quomodo in sermone recte de illis loquatur, quod
difficile non est: loqui enim de contritione, attritione,
confessione, odio, superstitione, invidia, juramento, &
aliis, non difficile est. In Sacramento etiam ordinariè tria
explicari possunt. Primò, quid sint, veluti quid contritio
& similia. Secundò, quæ vis illorum, *id est*, quem effectum
producant. Tertio, quis usus, veluti quomodo contritio
acquirenda, & exercenda. Ita ex Concilio Triid. habetur.
De virtutibus quoque, & vitiis ordinariè tria possunt de-
clarari, nempe, Primò, quid sint, veluti quid sit temper-
antia, & quid intemperantia. Secundò, meritum, & pec-
catum, veluti quantum meriti sit temperantia, & quando
intemperantia peccatum mortale sit. Tertio, motiva ad
sequendam virtutem, & fugiendum peccatum: veluti præ-
mium, & poena, passio Christi, utilitas virtutis, damna vi-
tij, mors, & similia. Quoad reliqua verò de mysteriis
fidei, & oratione Dominicali, ex Catechismo addiscere
possunt quæ ad materiam reducuntur, si tria fiant. Primò,
explicetur mysterium, vel actus orationis. Secundò, si
erga tale mysterium proponatur aliqua virtus exercenda,
vel vitium fugiendum. Tertio, si motiva ad hoc affe-
rantur. Et hæc de examine ad curam animarum dicta
sunt.

De examine ad beneficia.

Cap. V.

PRO constituendo examine ad Beneficia. Primò debet
considerari, quale sit beneficium. Secundò, quæ scientia
requiratur ad illud. Et hinc de examine apparet.

De quadruplici genere Beneficiorum.

Num. 2.

PRIMò, Aliqua beneficia dicuntur simplicia, & sunt ea, *vt seff. 5. c.*
que non requirunt residentiam personalem, vel non *1. R. & seff.*
habent annexam aliquam obligationem, vel si habeant, *ve. 23. cap. 18.*
luti quod tot Missæ celebrantur, huic obligationi per aliam *R. seff. 6. c.*
personam satisfacere licet. *2. R. & seff.*

2. Aliqua beneficia requirunt residentiam personalem, ita *2. c. 4. R.*
ut beneficiatus per seipsum debeat obligationi, quæ bene-
ficio annexa est, satisfacere, & hæc sunt in duplici differen-
tia. Quædam enim habent annexum aliquem ordinem, velia.

crui, vel non sacrum, veluti tenentur canere Epistolam, vel Evangelium, vel in clericali ministerio deservire. Alia habent annexum non ordinem, sed aliquod onus, veluti canendi, Grammaticam docendi, factam Scripturam, vel casus conscientiae legendi, officium penitentiarum exercendi. Alia habent annexum utrumque, ut in praedictis Theologalibus ordinariè contingit.

Sess. 24. c. 18. R.

Sess. 24. cap. 11.

3. Alia habent annexam curam animarum.

4. Alia habent annexam aliquam dignitatem, veluti Archidiaconatus, vel Archipresbyteratus, vel alia juxta consuetudinem Ecclesiarum: Et haec est praecipua differentia beneficiorum, quibus aliquando adiungitur, quod sunt in Cathedrali, vel Collegiata insigni, vel quod habeant vocem in Capitulo, & similia. Et ex his colligi potest, quid de examine, & scientia statuendum sit.

De examine ad Beneficia.

Num. 3.

Cap. pra.

Primo, Examen ad curam animarum se habet ut dictum est.

Arg. ex sess.

22. c. 4.

Ex Conc.

Prov. 5. de extrab.

Sess. 22.

c. 4. R.

Ibidem.

Conc. ibid.

Sess. 22. c. 4.

2. In examinando ad beneficium simplex requiritur peritia recitandi divinum Officium, ad quod obligatus est, & ex consequenti videtur requiri, ut linguam Latinam intelligat, saltem tantum, ut cognoscere possit, quae in rubricis Breviarii continentur. Debet etiam scire, in quod peccatum, & in quam poenam satisfaciendum juxta Bullam Pij V. incurrat, si Officium dicere omittat.

3. Ad beneficium habens ordinem annexum, ad minus requiritur eadem scientia, quae ad ordinem illum opus est, & si esset in Cathedrali, vel haberet vocem in Capitulo, videtur desiderari aliquid amplius.

4. Ad beneficium habens onus legendi, vel canendi, &c. requiritur scientia, & peritia, quae ad illud munus obsequendum sit necessaria.

5. In beneficio habente annexam dignitatem regula examinandi desumi potest ex cap. 12. Concil. Trid. sess. 22. de Reform.

In his autem omnibus examinatores scire debent quod gravissimo Decreto Conc. Tr. prohibetur, ne sub spe futurae scientiae, aut habilitatis aliquis inhabilis ad beneficium cui annexus sit ordo, vel aliud, admittatur. Ita enim ait lo-

quendo de tali provisione; Nec aliis in posterum fiat provisio, nisi iis, qui iam artem, & ceteras habilitates integre habere dignoscantur: alias irrita sit provisio. Et haec de examine ad beneficia.

De examine ad Conciones. Caput VI.

Duplex est scientia, quae requiritur in Concionatore. Alia perfecta, alia sufficiens. Perfecta notatur in Concilio Provinciali, & est ut sit versatus in Theologia, tum Scholastica, tum Mystica; In jure Canonum, in Conc. Provin. Dioecesanis, & Generalibus. In Decretis Pontificum: In sacra Scriptura, & expositionibus: In traditionibus Apostolicis, & Ecclesiasticis: In scriptis sanctorum Patrum: In casibus conscientiae. Sufficiens vero explicatur in Conc. Trident. & Catech. Rom. sicut de Parocho dictum est: Nunc igitur de examine iuxta scientiam sufficientem dicendum est.

Conc. Provinciali.

Sess. 5.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

Sess. 22.

De regula constituendi examen Concionatoris.

Nam. 1.

Finis ob quem examen Concionatorum est institutum, optima regula est ad determinandum, quale examen illorum faciendum sit. Habetur autem ex Concilio Trident. quod ob triplicem finem est institutum. Et primus est, ne errores in doctrina disseminentur, & hoc manifestè declarat in sess. 5. cap. 2. de Refor. Secundus est, ut doceantur, quae debent doceri, & ob hunc finem examen fieri de scientia Sacerdotis ad populos docendos, Concilium ait sess. 25. cap. 14. Tertius finis est ut modus Concionandi sit cum fructu, & adificatione populorum, id est in sess. 5. cap. 2. statuit, ut fiat examen non solum circa doctrinam, sed etiam quoad vitam, & mores: Concionatorum, ut videlicet an cum pietate munus suum sint exequuturi. Ex quo manifestè sequitur circa tria examen esse debere:

Primo, circa ea in quibus Concionator, habitatione temporis, & loci, posset errare.

2. Circa ea, quae Concionator debet docere.

3. Circa modum docendi.

D d 4

De ex. mine circa ea in quibus possit errari.

Num. 3.

Cont. Pro.
vinc. 5.

Quia his temporibus multæ hæreses suscitatae sunt, quas sacrum Concil. Trid. damnavit, & veritates illis contrarias determinavit, à cujus determinatione Concionator deviare non debet, merito Concil. Prou. statuit, ut de sequentibus Concionatores interrogentur, utpote à Concil. Trid. determinatis.

Primum, de Canone sacrae Scripturae, sess. 4. cap. 1.

1. De peccato originali, sess. 5. cap. 1.

3. De justificatione, sess. 6. per totam.

4. De Sacramentis, sess. 7. per totam.

5. De Sacrificio Missæ generatim, sess. 2. ex magna parte.

6. De Purgatorio, sess. 25. in initio, cap. 1.

7. De invocatione, & veneratione Sanctorum, sess. 25. cap. 2. in initio.

8. De sacris Reliquiis, ibid.

9. De imaginibus Sanctorum, ibid.

10. De Indulgentiis, sess. 25. in fine, id est, continuatio sess. cap. 1.

11. De potestate, & autoritate Papæ, sess. 14. cap. 7. & sess. 25. in fine.

Hæc & similia, veluti de Ecclesia, de membris illius, vivis, mortuis, & abscessis. De capite Ecclesiæ visibili & invisibili. De communione Sanctorum. De thesauro Ecclesiæ. De primatu Romanæ Ecclesiæ, & aliis, inquirenda esse videntur.

De examine circa ea, quæ debent doceri.

Num. 4.

Ex sess. 4.
c. 1. ibid.Ex sess. 5. c.
1. & 2. R.Ex sess. 5.
cap. 2.Ex sess. 5.
cap. 2. R.

Primum, quid sit Evangelium: Hoc enim illis est explicandum, sess. 5. cap. 1.

2. Qui, & quot sint sensus S. Scripturae, & quomodo differant. In his enim explicatio Evangelii posita est, D. Th. part. 1. q. 1. art. 10.

3. Quanam sint ea, quæ quilibet fidelis tenetur scire. Talia enim omnino docere debent (per Catechism. in Symbol.)

4. De peccato originali, & actuali, & de penis, ac damnis illorum, a peccato enim retrahere fideles, munus con-

cionatoris est. Conc. Trid. sess. 5.

5. De remedio peccati, seu de merito, vita, passione Arg. ibid. Christi, & illius applicatione. Ad hoc enim remedium adhibendum inducere fideles, Concionatoris est. Conc. Trid. sess. 5. & 6.

6. De conversione peccatoris: Quomodo fiat, hanc *ibidem*, enim concionator præterdere debet, sess. 6. cap. 6.

7. De justificatione illius, quomodo fiat; hæc enim *ibidem*, perfectio est conversionis, sess. 6. cap. 7.

8. De gratia & libero arbitrio. Mor alter enim de his loqui debet, declarando quid à D. operandum, & quid à nobis faciendum, sess. 6. multis in locis.

9. De Sacramentis, & illorum vi, effectu, & usu, sunt enim media nostræ salutis, sess. 7.

10. De contritione. Ad illam enim concionator inducere debet, sess. 14. cap. 4. *ibidem*

11. De virtutibus, tum Theologicis, tum moralibus, & illarum præmio. Conc. Trid. ait sess. 5. c. 2. ista docere debere. Catech. in Decalogo.

12. De vitiiis, & illorum pœna. De hoc Catech. in Decalogo.

13. De mysteriis fidei, seu de his, quæ omnes fideles scire debent. Catech. in Symb.

14. De præceptis Dei, & Ecclesiæ, & de obligatione illa observandi. Concil. sess. 6. cap. 11. & cap. 20. & Catech. in Decalogo.

15. De merito, & de differentiis operum quæ dicuntur mortua, mortifica, & viva; populi enim sunt divi gendi ad meritum vitæ æternæ.

De hoc sess. 6. cap. 15. 16. Doctr. de iust. cap. 4.

Super his, & similibus debet fieri examen, ut cognoscatur, an aptus sit docere ea, de quibus fideles sunt erudiendi. Habetur ex Concilio dicente necessaria ad laicum debere explicari.

De examine circa modum concionandi.

Num. 5.

Arg. sess.

Vt cognoscatur de modo concionandi, super quatuor causas prælicationis aliquid debet interrogari: ita S. S. 24

ex Conc. Prou. habetur c. 7. R. &

Primum igitur potest quaeri de fide & intentione concio-